Liber Psalmorum DAVIDIS,

Ex Armenico idiomate in Latinum traductus,

Operâ

Dudleii Loftusii J. U. Doctoris. Curiæ Regiæ Prærogativæ pro causis Ecclesiasticis, & ad facultates Judicis, vicarijq; Generalis Armachani, Sub Reverendissimo *Johanne* Archiep. *Armachano*, totius Hiberniæ Primate.

Dublinijæ,
Excudebat *Gul. Bladen*, MDCLXI.

Reverendiſſimo in Chriſto Patri Domino JOHANNI providentiâ Divinâ Archiepiſcopo *Armachano*, Totius *Hiberniæ* PRIMATI.

CUM ab omnibus Scriptoribus, ac præſertim iis, qui libros ſacros ediderunt (quos ad poſteritatis notitiam conſecrare cuperent) non leviter curatum ſit, nè iſtos indefenſos atque inermes, in militiam publicæ lucis, invidiâ armatam emitterent; ſed juſta proviſione inſignioris alicujus patrocinij, tanquam Vulcaniis armis tectos; quod etiam ferè obſervatum ſit, in veſtibulo dedicationis, obſcuro titulo, libri quaſi foribus præfixo, lectorem arceri: Contra, illuſtriori nomine conſpecto, blanditiis ejus ad ingrediendum invitari. Propterea feci ut id curarem, & honeſtâ ambitione providerem, Reverendiſſime Primas, ut paternitatis veſtræ nomen, famâ pietatis,

solertiæ, & eruditionis per exteras gentes propagatum collocarem in vestibulo, & sanctioribus libelli mei postibus ita præfigerem, ut conspectis illis, non sanguine aspersis, sed Episcopali oleo inunctus, mali Angeli literatorum fugentur, boni ad sancta lectionis diverticula invitentur, in te enim tanquam à theatro omnium oculi conjiciuntur, & illo intuitu quo te nobis postliminio tam uberi virtutum omnium proventu restitutum latè aspicimus, te omni officiorum genere colendum exhibes, non solum quod tibi sit ex translatione tua ad sedem Armachanam tam excelsus constitutus locus, sed quod tua in rerum ecclesiasticarum negotiis expediendis perspicacia, morum comitas, ac regendi modesta & prælibata suavitas, manus etiam ab omni sordidi lucri contactu liberæ, tales sunt, ut tam illustri honoris accessione & loco dignus omnino omnium judicio habeare. Imò, & aptissimus qui vineam Dei in hac terra hæretica pravitatis dumis penè silvescentem exerceas, & ad fructum lætiorem excolas. Quod si vir Clarissimus Patricius Junius in dedicatione vel animi Epistolæ Clementis Romani non

BRITISH

potuit

MUSEUM.

potuit ſibi Clarum patrocinium Quærenti ſatisfacere niſi advocato Regis nomine, illius inquam Regis Caroli, quo nec Clementior ipſe Clemens, nec fortior Romanus, nec ſanctior Apoſtolicus, non videbor ut ſpero, illius Criminis verecundiam egiſſe, ſi non Clementis ſed Davidis, non Romani ſed veri Iſraelitæ, non epiſtolam ſed Pſalterium, paternitati veſtræ dedicare non formidem, & hoc tanquam Congiario (ut ſcribit Junius) gentes omnes locupletare; Præſertim cùm minorem audaciæ patiatur invidiæ metum in eligendo ad dedicationem Primate, quam Rege, ſervo quam Domino; verum tali ſervo, qui in ſummo rerum diſcrimine; Et maximæ rerum viciſſitudine nunquam adduci potuit, ut, quod Petrus fecit, Dominum ſuum abnegaret: nè tuno quidem cum Gallus, atque è Gallia, plusquam ſemel ecciniſſet; ſed ingenti conſtantiâ cum neque Britannicis furoribus neque Gallicis incantamentis moveretur, quanta fide provinciam ſuam ſuſcepiſſet, tantâ tuebatur, unum dolorem habens, ſuperfuiſſe regi, cui nunquam defuiſſet.

Taceat hîc admiratio, ſileat Hibernia miraculi ſui ſecreto attonita, non humani Regis judicio tantùm factum eſt, ſed de Cælo Divinâ Providentiâ velut aurigante, quæ providentia habenas Eccleſiæ noſtræ tenens, niſi currum Evangelicum in Hiberniâ perito Rectori tradidiſſet (qui plus quam vulgaria auſus, ideo ad extinguenda incendia natus videtur, quia inter ea diuturna rerum publicarum converſione jactatus) hac ingnam niſi feciſſet Deus, non jam beata pax omnia circumflueret in Hibernia, non redierat tam communiter fidelitas in regem, non reverentia fugitiva Eccleſiæ, non ſpes diſcipline brevi reſtituenda, ſed diverſa omnia, diſcordiæ, zetra hæreſeos labes & (ingratiſſima in matrem ſuam ſuperſtitionem) Schiſmata, & (conjurationis quinta pars,) Eccleſiæ congregatæ; quippe contempto Gubernatore, niſi quem pericula probaſſent, miſera quidem luctuque plena eſſet eccleſiæ facies ſpe omni qua humana ratio ſeſe animare ſolet praciſâ.

Sed tempeſtivam curationem horum malorum fœlix Hibernia expectat in electionis ad ſedem Armachanam veſtræ medicinâ,

medicinâ, dum tantus tanto, dum Domino Uſſerio immortali facto Dominus Bramhallus in Primatu Armachanæ ſedis, Deo regiam manum dirigente, ſuffectus eſt. Bochartus de Uſſerio ſcribens eum Magnum *vocat : Morus in oratione Genevenſi eum ſeculi noſtri Athanaſium appellat ; & eundem Britanniæ eſſe aſſerit qui fuit Hippoui Auguſtinus : hæc atque hujuſmodi infinita alia cum legantur, dicat Hibernia, dicat Chriſtianus orbis, quem ſenſum alium habere putentur, niſi quem amor vaticinio miſtus tribuerit, ut in priore illo laudando, etiam hic præſens laudetur, nullo ſententiæ furto, ſed in ſimilitudine virtutum, honeſtâ laudum communione: non hæc ſcribimus minuendæ prioris Armachani gloriæ volantate, laudetur Armachanus ille mortuus, ſemperque laudabitur, ſed ſimul in ſucceſſore revixiſſe, nulla eſt diminutio gloriæ quæ in alium tranſlata fideliter conſervatur : placeat igitur remotâ invidiâ comparationis ita controverſiam dividere, ut quæ de priore illo Armachano cum tanta admiratione ſunt prodita, adì ipſum tanquam ad parentem ſpectare videantur : vobis au-*

tem quasi hereditario jure devoluta assignentur, ita utriusque gloriæ sua ratio constabit, nec faciemus injuriam mortuo, sed eum ita lugebimus, ut quia bis datus est gratulemur.

Quod ad stilum hujus meæ translationis attinet, scripsi fateor non ut volui sed ut debui, omni ornatu orationis depenso, sermone aperto, nudo, & proprio, vix tamen ut linguæ Latinæ ferat proprietas, adhærens de industria & omnimodo linguæ Armenicæ idomati. ut traductoris non elegantiæ operâ, sed nativa, & in quantum potui simili defungerer, similitudinem Armenicam observans, non ut simia hominis, sed filius parentis, ut bellè Ang: Politianus, nè in pœnam incurrerem sancti Hieronymi quem graviter verberatum dicunt quod Ciceronianus esset non Christianus, tum etiam originale Armenum propriis lineamentis exprimere & κατὰ πόδα hac translatione sequi conatus sum, ut ex utriusque collatione facilior pateret aditus & progressus Tyronibus ad utriusque peritiam.

Quod ad editionem attinet, qua defectu annotationum, & Typographi erroribus laborari

laborare videatur, habeo ni fallor quo me excuſatum (lectoris favente gratiâ) habeam, annotationes enim in hujus libri illuſtrationem à me elaboratæ ſunt, ſed quo minus hiſce prodirent interceſſit propriorum characterum defectus, cujus rei cauſa detentæ erunt uſque dum Evangelia Armenica à me jam fere tota in linguam Latinam traducta, in lucem propriis characteribus, & annotationibus adjectis alibi nactus typos emittam, Typographi verò aliquot errores irrepſerunt nimis feſtinante prælo & ejus qui ſupervi-ſoris in ſeſe ſuſcepit curam, incuriâ, dum aliis ipſe fuerim ſevocatus & impeditus curis, Errata tamen obſervantur ad finem hujus Epiſtola & facili negotio erunt corrigenda.

Jam verò de materia ipſa tranſlationis meæ, id eſt, de Pſalterio, nulla me tenet dubitatio quin multis nominibus non infœlicem aditum ad paternitatis veſtræ manus inventura ſit, primò quoniam in corpore Biblico, Pſalmi Davidici ſunt quædam velut epitome veteris ac novi teſtamenti. 2° Propter autherem Davidem quem figuratione Evangelica eundem & Regem fuiſſe ſcripturarum fide accepimus,

&

& prophetam, vix quicquam potest paternitati vestræ displicere à Rege scriptum; quòd si potest, Psalterium non potest, sive hoc Davidicum intelligam, sive illud Carolinum, Εικονα Βασιλικὴν *dictam.*

Nec minor fiducia est placituri vobis psalterij Prophetæ nomine authoris, quid enim scilicet in illo conatu vestro redimendi in Hibernia impropriatas decimas & glebas, & ecclesiam non sine sumptibus vestris propriis collocupletandi reficiendi & ornandi (ut inter Ecclesiasticos nemo pauper esset nisi qui improvidus aut malæ frugi esset) in illa tanta Religione ministros eligendi doctos, habiles nec minus moribus, quam pietate præcellentes, repudiatis cæteris. quos impietas, aut inscitia, aut superstitiosa legitimarum Ceremoniarum impatientia per simulationem fidei ad omnem perfidiam concitatura erat, dum omnia humana faceres ad divinam salutem necessaria, scribendo, prædicando, consilia dando, præmia quanta nemo alius, nec Prophetas tantum, sed ipsam Ecclesiam ordinares, ista inquam atque id genus non numeranda alia cùm paternitas vestra

meditaretur,

meditaretur, elaboraret, abſolveret, ſi non Prophetæ bonum cum Dei gloria conjunctum quem alium fructum ſpectaſſe, aut voluiſſe exiſtimetur? quis nunc ſuſpicetur Pſalterium Gratiæ veſtræ ingratum fore, ita duplici auctoramento & Regis, & Prophetæ, Commendatum, utriuſque curam ſummam paternitas veſtra duxit, fides præclariſſima, erga Reges, erga Prophetas.

Hactenus de Authore Pſalterij, nunc operis ipſius contemplatio non mediocriter ſe gratum futurum paternitati veſtræ blanditur ſpei noſtræ, etiamſi nec Regem Authorem nec Prophetam habuiſſet; cujus partis Scripturarum major apud Heroicos illos Chriſtianos veneratio? Cantabatur in agro à Colono in taberna ab opifice, Nec litigantium in foro Cauſidicorum ſtrepitus excluſit iſtorum Hymnorum audientiam, velut majoribus organis (ut aiunt) perſonantem, & ſanctus Gregorius ordinaturus quendam Epiſcopum an Pſalterium memoriter recitare poſſit interrogavit, vel hinc (niſi augurium mentis meæ fallat) Pſalterium Archiepiſcopo placebit, quod olim Epiſcopi ipſi in quibuſdam locis, niſi propter

pter Pſalterium non placuiſſent; Atque utinam feciſſet Deus ut quantùm Pſalmos diligimus tantum ipſum Pſalterium ferre poſſemus; Verum hoc ſeculo (proh nefas) reperti ſunt, quibus canentibus Pſalterium adjungere in magna parte ſuperſtitionis, Evangelico eruori reputatum eſt. Hi dum linguarum ſuarum modulationibus, auribus ſuis ſimplicitate vecum gratulentur, propter linguarum imperitiam, quam vim habeat in movendis affectibus, inſtrumentorum muſicorum ſociatus uſus, non intelligunt, in poſterum ſuadeo ut vel tacere diſcant vel linguis favere.

Denique Reverendiſſime pater ut de meipſo, lineamenta quedam brevia, & modeſtiæ inventura fidem obumbrantis non illuſtrantis calami coloribus ducam, favebit ut opinor Gratia veſtra exurgentibus his ad majora quædam Conatibus illius qui non ſolum Vicarii *ſui generalis debito ſed antiquioribus ſibi obſtrictus eſt beneficijs. Dabit nunc veniam ſummus in Hibernia Eccleſiaſticus profeſſioni meæ forenſi, manum ſacris admoventi, non minus quam Jacobus nuper* Armachanus *utraſque meas*

manus

manus ad opus Bibliorum Waltonianorum & alia ſacra advocavit, ſaltem reputans nonnullos ex iis quos Chriſto placuit in vineam ſuam invitare foro veniſſe. Me verò cogitatio famæ illius inſuperabiliſqnam Rab: Moſes Maimonides reportavit ex Juriſprudentia Judaicæ cognitione, non ſolum vindicabit à pudore meæ Juris civilis & canonici ſtudia (cujus ex præcipua parte ſunt ſacræ literæ) ſtudia, ſed etiam hortabitur addetque animos, neque quieſcere ſinet priuſquam alia quadam ad Eccleſiæ emolumentum uſumque linguarum ſacrarum, in lucem protulero, quæ ſuo tempore abjiciam ad paternitatis veſtræ pedes veſtríque judicii Sacramento conſignanda.

In Davidicos Psalmos à V. Cl. *Dudleio Loftusio*, J. U. D. summæ Curiæ Cancellariæ in *Hibernia* magistro. Curiæq; Regiæ Prærogativæ & ad facultates Judice, nec non Rndmi Iohannis Archiepiscopi Armachani Vicario generali, ex Armeniacâ lingua in Latinam traductos.

† De Dieu.

Quid tantum celebri placeat sibi nomine † *Dij*,
Erpeni, aut *Amamæ?* quid te *Casaubone* jactet
Gallia, philologis vel consita Belgica tellus?
Scaligerumve suo positum quid prædicet orbe,
Ceu Solare jubar, cæcis dare lumina terris,
Et nimiùm mutis infantes solvere linguas,
Ac variis hominum voces aptare loquelis?
Loftusium quem jactet habet glacialis Ierne,
Altera *Loftusium Mithridatica* sceptra tenentem,
Linguarum imperio dictaturâque superbum:
Quem miretur Arabs, miretur Persa legentem
Quicquid in archivis Mahometis mysta recondit:
Quæ Syrus antiquus, vix intellecta recenti,
Scripserat, indigenis mirantibus ille resolvat.
Æthiopum & linguam tinctorum sole propinquo
(Qui tamen, haud *Maurâ* mentem fuligine *tincti*,
Christi sacra colunt) doceat, ceu publicus orbis
Interpres: Libyæ atque Asiæ citus arva pererrat
Mente vagâ, redit & spolijs Orientis onustus,
Barbaricum patrijs affigens postibus aurum.
Hic, velus Æsonides repetens è Colchide vellus,
Armeniæ fructus in nostras transtulit oras,
Cui nequit extirpare fidem Mahometicus ensis.
Medica sic Italis hospes viret arbor in hortis,
Persica sic nostris, & Pontica protulit olim

Quam

Quàm *Ceraſus* : quæ parca nimis natura negârat
Ars dedit, ut Britonum propè jam ferat omnia tellus.
Si ſapor inſuavis molli quandóque palato
Fructibus his inſit, Latijs non crevit in oris (tinum.
Quicquid id, *Armenium* eſt minùs eſt quodcunq; La-
Vina tenent primos transfuſa è vaſe ſapores ;
Sic tranſlata ſuæ ſapient idiomata linguæ,
Neve *merum* Latiæ fluit ex *Euphrate* loquelæ.
Nec ſemper melimela juvant, Hyblæave mella ;
Dulcia cum ſatient, grato oblectamur acore :
Citria, acerba licet, peregrino quærimus orbe,
Quæque ægrum variâ recreent novitate palatum ;
Et nimis indulcans minùs illa ſalubria reddes,
Nativum vitians alieno melle ſaporem.
Scire ſat Armenijs hærere in montibus *Arcam* ;
Quæque bibit Tigrim patrio modulamine gentem
Davidicum cantare melos, ſtabiliq́ue tueri
Mente fidem, facie (qualem decet eſſe ſororis)
Quæ ſi non eadem, tamen haud diverſa tuenti,
Sed ſimilis noſtræ ; maculis & ſparſa minutis
Sit licet, at variæ faciem non ſumere * *Lunæ*.

* *Mahometici inſignium.*

Gu. Hill, S. T. B.

Pſalmi

Pſalm 10 *v.* 8, pro *interficere* lege *ad interficiendum*, ibid. *v.* 9. pro *abjicere* l. *ad abjiciendum*, Pſ. 15, *v.* 3. pro *approbria* l. *opprobria*, ib. *v.* 5. pro *n æternum* l. *in æternum*, Pſ. 19. *v.* 15. l. *meditationes*, Pſ. 21. *v.* 3. pro *pertioſo* l. *pretioſo*, ibid. *v.* 12, pro *malo* l. *malè*, Pſ. 28. *v.* 16. pro *demiſiſti* l. *demiſiſti*, ibid. *v.* 22, poſt *unicornis* del. punctum, Pſ. 25 *v.* 17. poſt *ſunt* del comma, Pſ. 27, *v.* 9. pro *iracunditer* l. *iracundè*, ibid poſt *ſalvator* del. comma, Pſ. 30. *v* 13, pro *commoviar* l. *commovear*, Pſ. 35, *v.* 11, pro *interrogabunt* l. *interrogabant*, Pſ. 37, *v.* 7, pro *emuleris* l. *æmuleris* ibid *v.* 25, pro *peteret* l. *peteret*, ibid. *v*, 31, pro *lex* l *leges*, Pſ. 38, *v*, 7. pro *ambulam* l. *ambulabam*, Pſ, 46, *v*, 4, pro *ſanctificavit* l. *ſanctus fecit tabernacula ſua excelſa*, ibid. *v*, 11, pro *Jahobi* l. *Jacobi*, Pſ, 47, *v*, poſt *pulchritudinem* del. comma, Pſ, 50, *v*, 20, pro *mairis* l. *matris* Pſ, 55, *v*, 10, pro *prelateis* l. *plateis*, Pſ, 56, *v*, 6, pro *contemptu* l. *contemptui*, pro *habebunt* l. *habebant*, Pſ, 57, 5, pro *occutus* l *acutus*, Pſ, 58, *n*, 5, l. *Baſiliei*, ibid. *v*, 6, l, *venefici*, Pſ, 59, *v*, 6, l, *viſita*, Pſ, 62, *v*, 4, pro *ſite* l, *ſiti*, Pſ, 64, l. *intuebantur*, Pſ, 66, *v*, 4. l. *conſilio*, Pſ, 69, *v*, 27, l. *appone*, Pſ, 71, *v*, 10, l. *obſiderunt* ibid, *v*, 16, pro *Domine* l. *Domine*, Pſ, 72, *v*, 17, l. *ipſe*, ibid *v*, 14, l. *pretioſum*, Pſ, 73, *v* 6. l. *amicuerunt*, ib. *v*, 10, l. *converſatur*, *v*, 13, l. *juſtificavi*, *v*, 17, l *innumerabilitate*, *v*, 23, l. *tecum*, Pſ, 75. *v*, 3, l. *conſumpta*, Pſ. 76, *v*, 6, l, *inſidebant*, *v*, 7, pro *qui* l. *quis*, Pſ, 77, 11, l. *mirabilia*, *v* 16, pro *viderunt te à quæ* l. *viderunt te aquæ*, ℵ, 17, l. *tonitrus*, ibid l. *terribilis*, *v*, 18, l. *apparent*, Pſ, 78, *v*, 5, l. *Jacobus*, *v*, 33, l. *eos* *v*, 51, l. *dextera*, *v*, 56, l. *contemptui*, ibid. *v*. l *diſpexit*, *v*, 66, l, *monocerata*, Pſ, 79, *v*, 13, l. *genitus*, Pſ, 80, *v*, 5, l. *orationes*, *v*, 6, l, *adminiſtraſti*, *v*, 12, l. *vindamiant eam*, Pſ, 81, *v*, 12, l. *procedere*, Pſ, 83, *v*, 3, l. *ſanctos*, Pſ, 84, *v*, 5, l. *ſecula*, *v*, 11, pro *infimis* l. *abjecto*, Pſ, 85, *v*, 8, del. *&* *ad ſanctos*, *v*, 11, pro *te* l. *de*, *v*. 12, l. *delectationem*, Pſ. 87, *v*, 7, l. *in te eſt*, Pſ. 89, *v*, 31, l. *dereliquerint*, Pſ. 90. *v*. 10, l. *ſeptuaginta*, *v*, 15. l. *lætati*, Pſ. 91 in margine ad *v*, 5 l. *circumdabuns*, Pſ, 92 *v*. 5, l. *quam*, Pſ, 92: *v*: 12 l. *beatus* *v*: 15, l: *ſuſcipient*: ib. l. *juſti* *v*: 18: l *commoti*, Pſ. 95 *v*: 7. l. *paſcui*: *v*: 9. l. *tentationis*: Pſ: 95: *v*: 10: l. *lætentur*, Pſ: 98: *v*: 5: l *cornuubæ*: Pſ: 100: *v*: 3: l. *paſcui*: Pſ: 101: *v*: 3: l. *odi*: 102: 2: l: *quacunq*; *v*: 8: l: *quia*: *v*. 17: l: *ipſe*: ibid: l: *terrorm*: 104, *v*: 1, l: *benedic*: *v*: 3: l: *qui*: *v*: 14: l: *virentem*, 105, *v*: 15, l: *committatur*: *v*: 32: poſt *eorum* del: comma: ſicuti etiam *&*: 106: *v*, 46 l: *miſeracationes*: 107: 14: l: l: *mortis*: *v*: 41: l: *egenum*: 109: *v*: 3 l: *dimicarunt*: *v*: 19: l: *anima*: *v*: 28: l: *ab iis qui*: 119: *v*: 92 l: *ſermo*: 118: l: *mei*: *v*: 154: l: *judicium*, 174: l: *tuæ*: 120 *v*: 4 l: *ſagittæ*: *v*: 5: l: *tabernaculis*, 121: 3: l: *tuum*: 128: 2: In marg: l: *beatitudo*: 131: 4 l: *animam* 132: 5: l: *eum*: 137: 5: l: *obliviſ-v*: 6: l: *meminero*: ibid: pro *me* l: *meæ*: 139: 17: in margine leg: πλανηθήσονται, pro πλασθήσονται 140: 6: l: *ſcandalum* *v*: 9: l: *cogitaverum*: 142: 4: l *meæ*: 144: 32: l: *juventute*: *v*: 14: l: *neque*: 145: 8: l: *longaminis*: 146: 6: l: *eſuricntibus*.

Psalmi DAVIDIS

Ab *Armenico* idiomate in *Latinum* versi, Anno Dom. 1659.

Ambrose Psal. 1. Oriel

BEatus est vir qui non incessit in conciliis impiorum, in via peccatorum ipse non stetit, & in cathedris pravorum ipse non sedit.

2 Sed in lege Domini sunt voluntates ejus, legem ejus meditabitur ipse in die & in nocte.

3 Et erit ipse veluti arbor quæ plantata est in (a) decursu aquarum, quæ fructum suum in tempore dabit, & folium ejus non defluet, & omne quodcunque faciet proficiet ei.

4 (b) Non sic sunt impii, & non sic: sed tanquam pulvis *quem dispergit ventus super facie terræ. * Arm. quando.

Propterea non reſurgent impii in conſiſtorio neque peccatores in conciliis juſtorum.

6 Quoniam cognoſcit Dominus vias juſtorum: viæ impiorum peribunt.

(a) *Greg. Syrus* ita vertit, עד דיא דכיא : (b) *Schol. Syr.* dicit *Arm.* verſionem ita ſeſe habere, דא הכנא אנון רשיעא אפלא איך הוו

Pſal. II.

QUare conturbatæ ſunt gentes, & populi excogitarunt inutiliter?

2 Ex adverſo fuerunt reges terræ, & principes convenerunt in unum, propter Dominum, & propter unctum ejus. Quies.

**vinculorum domus.* 3 Dirumpamus *carceres eorum, & projiciamus à nobis jugum eorum.

4 Habitans in cœlis irridebit eos, & Dominus deſpiciet eos.

5 In hoc tempore loquetur cum iis irâ ſuâ, & indignatione ſuâ ſuccenſebit iis.

6 Ego conſtitutus ſum rex ab eo ſuper montem Sion ſanctum ejus, dum narrarem præcepta Domini.

7 Dominus dixit mihi, Filius meus es tu, & hodie genui te.

8 Poſtula à me & dabo tibi gentes pro hæreditate, & principatum tibi cum omnibus terminis terræ. 9 Reges

9 Reges eos virgâ ferreâ, & ſicut vas figuli comminues eos.

10 Igitur reges hoc intelligite, erudimini omnes qui judicatis terram.

11 Servite Domino in timore, & exultate coram eo cum trepidatione.

12 Suſcipite eruditionem ejus, ut non indignetur Dominus, & pereatis de viis juſtitiæ.

13 In tempore quando exarſerit ira ejus. Beati omnes qui confidentes ſunt in Domino.

Pſal. III.

DOmine, quàm multiplicati ſunt obſeſſores mei!

2 Et multi inſurrexerunt adverſùm me.

3 Multi dicebant de anima mea, quod nulla ſalus ei apud Deum ſuum.

4 Sed tu, Domine, ſuſceptor meus es, gloria mea, & elator capitis mei.

5 Voce meâ ego ad Dominum clamavi, & audivit me de monte ſancto ſuo.

6 Ego dormivi & in ſomno fui, expergrectus ſum, & Deus protector meus eſt.

7 Non metuam ego à decem millibus exercituum eorum, qui circumcirca muro

munito custodiebant me : Exurge, Domine & serva me, Deus meus.

8 Quoniam tu percussisti omnes qui erant contra me inimicè absque causâ, & dentes peccatorum confregisti.

9 Dominus est redemptio, super populum tuum benedictio tua.

Psal. IV.

CUm clamarem, audîsti me, Deus, secundùm justitiam, in angustia mihi dilatâsti.

2 Miserere mei, & audi preces meas.

3 Filii hominum, quousque estis obdurati corde? quare diligitis vanitatem, & quæritis mendacium?

4 Scitote, quòd mirificavit Dominus sanctum suum, & Dominus audiet me, quum *vocavero ad eum.

* Arm. *vocando me.*

5 Irascimini & nè peccetis : quicquid dicitis in cordibus vestris, supra cubilibus vestris dolore recenſete.

6 Offerte sacrificium justitiæ, & sperate in Domino.

7 Multi dicebant, Siquis ostendat nobis bonitatem Domini : signatum est apud nos lumen vultus tui.

8 Et

8 Et dedisti lætitiam cordibus nostris, è fructu frumenti vini & olei eorum implevisti eos.

9 Pacificè in *eo & eodem dormiamus & exurgamus, quia tu Dominus solummodo solus spe tuâ habitare fecisti nos. * Vel, *sic similiter.*

Psal. V.

VErbis meis aures admove, Domine, & intellige clamorem meum.

2 Respice ad vocem precum mearum, Rex meus, & Deus meus.

3 Ego te obsecro, Domine, ut diluculo audias vocem meam.

4 Diluculò præparabo, quando exadversò constitutus fuero apud te.

5 Non quòd tu, Deus, vis iniquitatem, & non habitant apud te mali: & iniqui non habitabunt ante oculos tuos.

6 Odisti eos qui operantur iniquitatem, perdis omnes qui loquuntur mendacium.

7 Hominem sanguinis effusorem, & dolosum abominaris tu, Domine.

8 Sed ego secundùm multitudinem misericordiæ tuæ, intrabo in domum tuam, †adorabo in templo sancto tuo timore tuo. † Arm. *Terram osculabor.*

9 Domine, dirige me in juſtitia tua, propter inimicos meos, ||complana coram me vias tuas.

|| Arm. rectifica.

10 Quoniam non eſt in ore eorum veritas, & corda eorum vana ſunt.

11 Sicut ſepulchra patentia ſunt guttura eorum, & linguis ſuis doloſi fuerunt: judica illos, Deus, ut decidant è conciliis ſuis, ſecundùm multitudinem iniquitatum eorum reproba eos, quoniam exacerbaverunt te.

12 Lætentur omnes qui ſperant in te, in æternum exultabunt, & habitabis tu in iis, refigentur in te diligentes nomen tuum, quoniam tu benedices juſto.

13 Domine, ut ſcuto, beneplacito tuo coronâſti nos.

Pſal. VI.

DOmine, nè in furore tuo adverſeris mihi, & nè in iracundiâ tuâ corripias me.

2 Miſerere mei, Domine, quoniam infirmus ſum ego.

3 Sana animam meam, quoniam conturbata ſunt oſſa mea.

4 Anima mea valdè conturbata eſt, & tu

tu Domine uſque quo?

5 Convertere, Domine, & libera animam meam, ſalva me, Domine, ſecundùm miſericordiam tuam.

6 Quoniam nullus eſt qui in morte recordabitur tui, vel in inferno qui confitebitur ad te.

7 Defatigatus ſum ego in gemitu meo, lavi totam noctem lectum meum, & lachrymis meis cubile meum rigavi.

8 Turbatus eſt præ ira oculus meus, tabui ego propter omnes inimicos meos.

9 Procul ſtate à me omnes qui operamini iniquitatem; audivit Dominus vocem fletus mei.

10 Audivit Dominus preces meas, & Dominus petitiones meas ſuſcepit.

11 Erubeſcant & conturbentur valdè omnes inimici mei: convertantur retrò, & erubeſcant valdè velociter, & conturbentur.

Pſal. VII.

DOmine, Deus meus, in te ſperavi: ſerva me, & ab omnibus perſecutoribus meis eripe me,

2 Nè quando deripiat ſicut leo animam meam, nullus ſit qui liberet, neque is qui conſervet.

3 Dominus Deus meus, si feci istud, & si fuerint iniquitates in manibus meis:

4 Si retribui unquam iis qui retribuerunt mihi malum:

5 Decidam, & ego ab inimicis meis cassus.

6 Persequatur posteà inimicus, animam meam pertingat, & conculcet in terram vitam meam, & gloriam meam in pulvere habitare faciat.

7 Exurge, Domine, irâ tuâ & sublimis esto in consumendo inimicos tuos: exurge, Domine Deus meus, in præceptis tuis quæ mandâsti.

8 Et congregationes populorum circundabunt te, propterea in excelsa redi, Domine. Et Dominus judicat populum suum.

9 Judicium fac mihi, Domine, secundùm justitiam meam, secundùm puritatem meam, quæ in me.

10 Consumentur mali propter peccatores, & proficies tu justo, qui scrutatur corda & renes, Deus justus.

11 Verè est adjutorium mihi à Deo, qui conservat eos qui recti sunt cordibus.

12 Deus judex justus, fortis & longanimis

nimis, qui non fert indignationem ſuam *ſingulis diebus.

13 Si verò non converſi fueritis ad eum, gladium ſuum acuit, & arcum ſuum tetendit.

14 In eo præparavit vaſa mortis, & ſagittas ſuas prunis fecit.

15 Ecce parturivit injuſtitiam, concepit dolorem, & peperit iniquitatem.

16 In foveam quam fodit & effodit, in eam cecidit, in abyſſum quam fecit.

17 Convertentur dolores in caput ejus, ſuper verticem ejus iniquitates ſuæ deſcendent.

18 Confitebor Domino ſecundùm juſtitiam ejus: Pſalmos dicam nomini Domini altiſſimi.

* Arm. *totam diem.*

Pſal. VIII.

DOmine, Dominus noſter, quàm admirabile eſt nomen tuum ſuper totam terram!

2 Exaltata eſt magnificentia tua ſupra cœlos.

3 Ex oribus infantium puerorum lactentium firmâſti laudem, propter inimicos tuos, Domine, ut deleatur inimicus & adverſarius.

4 Videbo

4 Videbo cœlos opera digitorum tuorum, lunam & ſtellas quas tu firmâſti.

5 Quis eſt homo quòd recordaris tu ejus? vel filius hominis quòd viſites eum?

6 Modicum quid humiliorem feciſti eum angelis tuis: gloriâ & honore coronâſti eum.

7 Et conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum.

8 Omnia obtemperantia feciſti ſub pedibus ejus, ovem & bovem, etiam & equum.

9 Volatilia cœli, piſces maris qui tranſeunt per ſemitas maris.

10 Domine, Dominus noſter, quàm admirabile eſt nomen tuum in univerſa terra!

Pſal. IX.

GRatias agam de te, Domine, toto corde meo, narrabo omnia mirabilia tua.

2 Gaudebo & exultabo in te.

3 Pſalmos dicam nomini Domini altiſſimi:

4 Cùm convertentur retrorſum inimici mei, infirmabuntur & peribunt à facie tuâ.

5 Feciſti

5 Feciſti judicia mea & leges meas, ſediſti ſuper thronum judex juſtitiæ.

6 Increpâſti † gentes, & perditus fuit impius, nomina eorum delêſti in ſæcula ſæculorum. † *In gentibus.*

7 Inimici framea defecit uſque in ſempiternum, civitates eorum deſtruxiſti, & periit memoria eorum clamore.

8 Dominus ſtat & manet in æternum, paravit ſolium ſuum in judicio.

9 Ipſe judicat mundum æquè, & populos tuos rectè.

10 Fuit Dominus refugium egeno, adjutor in anguſtia & in tempore opportuno.

11 Sperabunt in te omnes qui cognoſcunt nomen tuum, quoniam non derelinquis eos qui quærunt te, Domine.

12 Pſalmos dicite Domino qui habitat in Sion, annnntiate in gentibus opera ejus.

13 Dum inquireret ſanguinem, eorum recordatus eſt, & non oblitus eſt Dominus clamorem pauperum.

14 Miſerere mei, Domine, & vide humilitatem meam ab inimicis meis.

15 Qui exaltâſti me è portis, è morte, ut annuntiem omnes laudes tuas in portis filiæ Sion.

16 Be

16 Et exultem in redemptione tua: ceciderunt gentes in corruptionibus ſuis quas fecerunt, & laqueus quem abſconderunt, accepit pedem eorum.

17 Cognoſcitur Dominus faciendo judicium eorum, & in operibus manuum ſuarum ligatur peccatores.

18 Convertentur peccatores retrorſum in infernum, & omnes gentes quæ oblitæ ſunt Deum.

19 Non in æternum obliviſcitur Deus egenum, tolerantia inopum non peribit in perpetuum.

20 Surge, Domine, & nè confirmetur homo, judicabuntur gentes coram te.

21 Conſtitue, Domine, Legiſlatorem ſuper eas, & ſcient gentes quòd homines ſunt.

Pſal. X.

QUare, Domine, ſtetiſti à longinquo? deſpexiſti in opportunitate & in anguſtiæ tempore?

2 Dum ſuperbit impius, accenditur pauper, detineantur in conciliis quæ excogitarunt.

3 Quia laudatur peccator in concupiſcentia animæ ſuæ.

4 Et

4 Et ipse qui defraudat laudatur, etiam propterea ad iram concitavit peccator Deum, secundùm multitudinem iracundiæ suæ, quòd non quæritur.

5 Non est Deus ante oculos illius, inquinatæ sunt viæ illius, in omni tempore ablata sunt judicia è facie ejus, super omnes inimicos suos dominabitur.

6 Dixit in corde suo, quòd non commovear à generatione in generationem absque malo.

7 Execrationibus & amarore & dolo plenum est os ejus, & sub linguâ ejus dolores & labores.

8 Sedet ad insidiandum cum magnatibus secretò (&) interficere innocentem.

9 Oculi ejus in inopes respiciunt, insidiatur in absconditis, sicut leo in latibulo suo, insidiatur ad rapiendum pauperem, & abjicere eum.

10 In laqueo suo humiliabit eum, humiliabitur & cadet in dominatione sua super pauperes.

11 Quoniam dixit in corde suo quòd oblitus est Deus, avertit faciem ejus nè videat in perpetuum.

12 Exurge Domine, Deus meus, exaltabitur manus tua, nè obliviscaris pauperem.

13 Sed

13 Sed quare ad iram concitavit impius Deum, quia dixit in corde ſuo quòd non probatur.

14 Vides tu eum in dolore,& iracundia intueris, apud te relictus eſt pauper, & orphano tu es adjutor.

15 Conteratur brachium peccatoris & maligni, quærentur peccata ejus, & ipſe non invenietur.

16 Dominus rex in ſæcula ſæculorum: peribunt gentes è terra ejus.

17 Deſiderium pauperum audivit Dominus: in præparationem cordium eorum reſpexit oculus tuus.

18 Judicium facere orphano & pauperi, ut non inſuper adjiciat homo de magniloquio ſuo ſuper faciem terræ.

Psal. XI.

IN Domino ſperavi, quomodo dixiſti animæ meæ,migra in montes ſicut avis.

2 Quoniam ecce peccatores tetenderunt arcus ſuos, paraverunt ſagittas in pharetris, ut || pertingant ſub tenebris eos qui recti ſunt cordibus.

|| *pertingere.*

3 Quoniam quod tu conſtruxiſti,deſtruxerunt: ſed juſtus quid fecit?

4 Dominus

4 Dominus in templo ſancto ſuo, in cœlis in ſede ſua.

5 Oculi ejus ad pauperem reſpiciunt palpebræ ejus probant filios hominum.

6 Dominus probat juſtum & impium: qui diligit peccatum, odio habet animam ſuam.

7 Collocabit ſuper peccatores laqueum, ignem & ſulphur, & pulveris nimbum quoniam hæc eſt portiò poculi eorum.

8 Juſtus eſt Dominus, juſtitiam diligit, & rectitudinem intuentur vultus ejus.

Pſalm. XII.

COnſerva me Domine, quoniam imminutus eſt ſanctus, & diminutæ ſunt veritates è filiis hominum.

2 Inane *loquutus eſt vir cum proximo ſuo, labiis doloſis: * Arm. *locuti ſunt.*

3 Corde & corde loquuti ſunt.

4 Diſperdit Dominus univerſa labia doloſa, & linguas magniloquas.

5 Qui dixerunt, linguas noſtras magnificabimus, labia noſtra apud nos ſunt, & igitur noſtri quis eſt Deus?

6 Propter afflictiones pauperis, & gemitum egeni, nunc exurgam dicit Dominus

minus, ponam salutem meam, & exaltatus ero in iis.

7 Eloquia Domini sunt eloquia sancta, sicut argentum electum & probatum in terra, purificatum & expurgatum septuplùm in terra.

8 Tu, Domine, custodîsti nos & conservâsti nos à generatione, ab hac usque in sæculum.

9 Circumcircà impii ambulant, secundùm altitudinem tuam magnificabis tu filios hominum.

Psal. XIII.

USque quò, Domine, oblivîsceris me in perpetuum? usque quò avertis faciem tuam à me?

2 Usque quò pono consilia in anima mea & dolores in corde meo per dies?

3 Usque quò exaltatur inimicus meus super me?

4 Respice, & audi me, Domine, Deus meus, lucem præbeto, Domine, oculis meis, ut non unquam obdormiam in morte.

5 Nè dicat inimicus, superavi eum, vel obsessores mei exultent si cruciatus fuero.

6 Ego

6 Ego in miſericordiis tuis, Domine, ſperavi : lætatum fuit cor meum in ſalute tua, laudabo Dominum benefactorem meum.

Pſal. XIV.

DIxit inſipiens in corde ſuo, quòd non eſt Deus : corrupti ſunt & polluti ſunt in iniquitate ſua, & nullus eſt qui facit bonum.

2 Dominus de cœlo proſpexit in filios hominum, videre ſi eſſet quis intelligens qui quæreret Deum.

3 Omnes declinaverunt ſimul, inutiles facti ſunt, nullus eſt qui facit bonum, & non eſt ullus uſque ad unum.

4 Quomodo non cognoſcant omnes qui operantur iniquitatem, qui edebant populum meum ſicut eſcam panis.

5 Et ad Deum non clamaverunt, ibi ſit timor ubi non ſit timor, quoniam Dominus eſt in generatione juſtorum.

6 Conſilia pauperis pudore affecerunt: ſed Dominus eſt ſpes ejus.

7 Quis dabit è Sione ſalutem Iſrael? cùm averterit Dominus captivitatem populi ſui, exultabit Jacob, & lætabitur Iſrael.

Psal. XV.

DOmine, quis manebit in tabernaculo tuo? aut quis habitabit in monte sancto tuo?

2 Qui ingreditur immaculatus, operatur justitiam.

3 Loquitur veritatem in corde suo, qui non fraudem fecit linguâ suâ, & malum socio suo non fecit, approbria à proximis suis ipse non accipit.

4 Contemptus est ante oculos ejus malefícus, & timentes Dominum glorioſos facit.

5 Qui jurat cum proximo suo & non mentitur, argentum suum ad usuram non dat, & munus pro judiciis non accipit: qui hoc faciet non commovebitur in æternum.

Psal. XVI.

COnserva me, Domine, quia ego in te speravi.

2 Dixi Domino, Dominus meus es tu, & bona mea mihi à te sunt.

3 Sanctis tuis qui sunt in terra tua mirificâsti omnes voluntates meas in iis.

4 Assidue

4 Aſſiduæ erunt infirmitates eorum poſt eos, tunc accelerabunt, non conveniam in eorum conventicula ſanguinum: & non recordabor nominum eorum in labiis meis.

5 Dominus pars hæreditatis meæ & calicis mei tu es; qui reſtituis hæreditatem meam in me.

6 Sortes contigerunt mihi ſecundùm electionem, & hæreditas mea complacuit mihi.

7 Benedicam Domino qui ſapientem reddidit me, quia uſque ad noctem erudierunt me renes mei.

8 Proſpiciebam Dominum in conſpectu meo in omni tempore, & eſt ad dextram meam ut non commovear.

9 Propterea lætatum eſt cor meum, & exultavit lingua mea, & corpus meum habitavit in ſpe.

10 Quoniam non derelinques animam meam in inferis, & non dabis ſancto tuo videre corruptionem.

11 Oſtendiſti mihi vias tuas vitæ, adimpleviſti me lætitiâ vultus tui, in delectatione pulchritudinis dexteræ tuæ, uſque in perpetuum.

Psal. XVII.

AUdi, Domine justitiæ, & respice ad petitiones meas: aurem admove orationibus meis, quoniam non labiis dolosis.

2 E vultu tuo judicia mihi prodeant, & oculi mei videbunt rectitudinem.

3 Probâsti cor meum, & examinâsti in nocte: probâsti me & non inventa est in me iniquitas.

4 Non loquetur os meum opera filiorum hominum, propter verba labiorum tuorum ego custodivi vias duras.

5 Fulci vestigia mea in via tua, ut non offendant gressus mei.

6 Ego ad te, Domine, clamavi, quoniam exaudisti me, Deus, inclina ad me aurem tuam, & audi verba mea.

7 Mirificâsti misericordias tuas, qui servas eos qui sperarunt in te, ab illis qui obsistunt dexteræ tuæ.

8 Custodi me ut pupillam oculi sub umbra alarum tuarum.

9 Proteges me è facie impiorum, qui affligunt me: inimici animam meam obsederunt.

10 In adipibus ſuis detenti ſunt, & ora eorum locuta ſunt ſuperbiam.

11 Repulerunt me, & nunc circumvallârunt me : oculos poſuerunt deprimere me in terram.

12 Inſtituerunt in me ſicut leo quum paratus ſit ad prædam : & ſicut catulus leonis quando ſedet abſconditus.

13 Surge, Domine, præveni eos, & diſſipa eos, libera animam meam ab impiis, è gladio & è manibus inimici.

14 Domine, diſperde eos è terra, divide & diſſipa eos in vita eorum, abſconditis tuis impleti ſunt ventres eorum : ſaturari ſunt eſcâ tuâ, & relinquunt reliquias pueris ſuis.

15 Ego juſtitiâ apparebo conſpectui tuo, & ſatiabor cùm apparuerit gloria tua.

Pſal. XVIII.

Dilligam te Domine, fortitudo mea, Dominus confirmator meus, fiducia mea, & redemptor meus.

2 Deus adjutor meus, & ego ſpero in ipſo.

3 Fiducia mea, cornu ſalutis meæ & ſuſceptor meus.

4 Laudando clamabo ad Dominum, & ab inimicis meis ſuperſtes ero.

5 Circumdederunt me terrores mortis & torrentes iniquitatis conturbaverunt me.

6 Tribulationes infernorum obſederunt me, anteceſſerunt me laquei mortis.

7 In anguſtia mea ego ad Dominum clamavi, & ad Deum vocavi, (&) audivit me de Templo Sancto ſuo, vocem orationum mearum, & clamor meus ante eum ingreſſus eſt in aures ejus.

8 Conturbata eſt & contremuit terra, & fundamenta montium commota ſunt, & conturbata ſunt, quoniam ſuccenſuit ſuper eos Deus.

9 Aſcendit fumus in ira ejus, & ignis è facie ejus exarſit, & fulgura præparata ſunt ab eo.

10 Inclinavit Cœlos & deſcendit, & caligo ſub pedibus ejus.

11 Aſcendit ſuper cherubim & volavit ad inſtar jaculi, volavit ipſe ſuper alas ventorum.

12 Poſuit tenebras pro latibulo ſuo, & circa eum ſunt tabernacula ſua, tenebris involutæ ſunt aquæ uſque ad nubes aeris.

13 Præ corruſcatione ejus ante eum, nubes

nubes dimiſerunt grandinem & prunas.

14 Intonuit in cœlis, & altiſſimus dedit vocem ſuam in grandine & in carbonibus ignis.

15 Miſit ſagittas ſuas, & diſſipavit eos, multiplicavit fulgura ſua, & conturbavit eos.

16 Apparuerunt fontes aquarum & manifeſta ſunt fundamenta orbis, ab increpatione tua Domine, & a flatu ſpiritus iræ tuæ.

17 Miſit ab excelſis & accepit me, accepit me de aquis multis.

18 Liberabit me Dominus ab inimicis meis validis, & oſoribus meis, qui validiores me fuerunt.

19 Prævenerunt me in die cruciatus mei, fuit Dominus pugil meus,

20 Et eduxit me in (locum) amplum, & liberabit me quoniam voluit me.

21 Retribuet mihi Dominus ſecundùm juſtitiam meam, & ſecundùm innocentiam retribuet mihi.

22 Ego cuſtodiam vias Domini & non impiè avertar à Deo meo.

23 Omnia judicia ejus coram me ſunt, & juſtitiam ſuam non elongavit à me,

24 Ero & ego immaculatus cum eo, & perpendam de iniquitate mea.

25 Retribuet mihi Dominus ſecundùm juſtitiam meam, ſecundum ſanctitatem manuum mearum coram oculis meis.

26 Cum ſancto ſanctus eris, cum viro innocente innocens eris.

27 Cum electis electus eris, & cum perverſis diſperdes.

28 Tu populos humiles ſervas, & oculos ſuperborum tu deprimis.

29 Tu lucidam facis lucernam meam, Domine Deus meus lucem præbeto mihi in tenebris.

30 Per te liberatus fui à tentatione mea : & per Deum meum tranſibo per muros.

31 Deus meus, immaculatæ ſunt viæ ejus, & eloquia Domini ptobata ſunt, & refugium omnibus qui confidunt in illo.

32 Propterea quis eſt Deus præter Dominum? vel quis eſt Deus præter Deum noſtrum ?

33 Deus qui veſtivit me robore, & poſuit in innocentia vias meas.

34 Stabilivit pedes meos tanquam (pedes) cervi & ſuper excelſa ſtatuit me.

33 Inſtru-

35 Inſtruxiſti manus meas ad prælium, & feciſti brachium meum quaſi arcum craſſum.

36 Et dediſti mihi protectionem ſalutis tuæ, dextera tua ſuſcepit me, & diſciplina tua erexit me ſemper, & diſciplina tua docebit me.

37 Dilatasti greſſus ſubtus me, & non ſunt infirmata veſtigia mea,

38 Perſequar inimicos meos & comprehendam eos & non revertar ab illis uſque dum conſumam illos.

39 Anguſtiis premam illos ſed non poterunt ſtare, & cadent ſubtus pedes meos

40 Deus qui veſtiviſti me robore in bello, ſuſcitatos in me ſubtus me feciſti.

41 Inimicos meos perſecutos feciſti, & odores meos diſperdiſti.

42 Clamaverunt, & nullus fuit qui liberavit eos, clamaverunt ad Dominum & non audivit eos.

43 Comminuam eos ut pulverem ante faciem venti, & ut lutum platearum conculcabo eos.

44 Liberabis me Domine de contradictionibus populorum, & conſtitues me caput gentium.

45 Populus quem non cognoſcebam, ſervivit

ſervivit mihi, & in auditu aurium audivit me.

46 Filii alienigenarum mentiti ſunt mihi, filii alienigenarum tabuerunt & claudicaverunt à ſemitis ſuis.

47 Vivus eſt Dominus, & benedictus eſt Deus & exaltatus erit Deus ſalutis meæ.

48 Deus qui inquirit vindictam meam, & ſubdit populos ſub me.

49 Liberator meus ab inimicis meis iracundis & ab iis qui ſuſcitati ſunt in me, exaltaſti me, & ab operante perverſitatem liberaſti me.

50 Propterea laudabo te in gentibus & nomini tuo pſalmum dicam.

51 Magnificaſti ſalutem regis ejus faciendo miſericordiam cum uncto ejus: cum Davide, & cum progenie ejus, à generatione in generationem.

Pſal. XIX.

Cœli enarrant gloriam Dei, & opera manuum ejus enarrant firmitatem.

2 Dies diei eructat verbum, & nox nocti indicat ſcientiam.

3 Non ſunt verba neque ſermones quorum

rum non audiuntur voces eorum,

4 Per totam terram exivit sermo eorum & usque ad fines orbis sunt sermones eorum.

5 In sole †fixit tabernaculum suum & ipse tanquam sponsus quando egreditur è thalamo suo, & exultat ipse ut gigas ad currendum in viis suis. †Arm: *percussit.*

6 E terminis Cœlorum sunt egressus ejus & requies ejus usque ad terminos eorum & nemo fuit qui occultatus fuit à calore ejus.

7 Leges Domini immaculatæ sunt, & convertunt animas, testimonium Domini fidele est & sapientes reddit pueros.

8 Justitia Domini recta est & lætificat corda, verba Domini lux sunt & lumen exhibent oculis.

9 Timor Domini sanctus est & manet in perpetuum, judicium Domini verum est & justum in seipso.

10 Desiderabilius est illud quam aurum & lapides pretiosi multi, dulcius est illud quam apis favus.

11 Etenim servus tuus custodiet illud, & custodiendo illud retributio multa.

12 Delicta sua quis potest mente capere

13 Ab occultis meis munda me Domine,

me, & ab extero custodi servos tuos.

14 Si non Dominabuntur mihi tunc immaculatus ero, & purus ero à peccatis magnis.

15 Et erunt tibi grata verba oris mei, & meditatio cordis mei ante te semper, Domine adjutor & redemptor meus.

Psalm. XX.

EXaudiet te Dominus in die angustiæ: adjutor erit tibi nomen Dei Jacob.

2 Mittet tibi Dominus auxilium de sanctitate sua de Sion, & suscipiet te.

3 Recordabitur Dominus omnium sacrificiorum tuorum, & vota tua accepta faciet.

4 Dabit tibi Dominus secundùm cor tuum, & omnia consilia tua ipse perficiet.

4 Lætabimur in salute tua, in nomine Domini nostri nos magni erimus.

6 Implebit Dominus omnes petitiones tuas: nunc cognovimus quòd servavit Dominus unctum suum.

7 Exaudivit eum de cœlo sanctitatis suæ, in potentia salutis dexteræ suæ.

8 Hi curribus & hi equis, sed nos nomen Domini Dei nostri invocabimus.

9 Ipsi

9 Ipſi diſſipati ſunt & ceciderunt, nos ſurreximus & erecti ſumus.

10 Domine, ſerva regem, & audi nos in die quâ vocaverimus ad te.

Pſal. XXI.

DOmine, in virtute tua lætabitur rex, in ſalute tua exultabit valdè.

2 Deſiderium cordis ejus dedisti ei, & voluntatem labiorum ejus non denegaſti ab eo.

3 Prævenisti eum in benedictione dulcedinis tuæ, & posuisti in capite ejus coronam de lapide pretioso.

4 Vitam petiit a te, & dedisti ei ſecundum longos dies in ſeculum ſeculorum.

5 *Magna eſt gloria ejus in ſalute tua, gloriam & magnificentiam pones ſuper eum. * Arm. *Magna ſunt.*

6 Dabis eum in benedictionem in ſeculum ſeculorum.

7 Lætificabis eum gaudio è vultu tuo.

8 Rex ſperavit in Domino, in miſericordia altiſſimi ipſe non commovebitur.

9 Inveniatur manus tua ſuper inimicos tuos & dextra tua inveniet cunctos hoſtes tuos.

10 Pones

10 Pones eos ut Clibanum in igne in tempore vultus tui, Dominus iracundiâ ſua conturbabit eos, & ignis devorabit eos.

11 Fructum eorum de terra perdes, & progeniem eorum à filiis hominum.

12 Declinaverunt à te malo, concilia-runt conſilia quæ non potuerunt ſtabilire.

13 Perſequeris eos, in reliquiis tuis, & præparabis vultum eorum.

14 Exaltare Domine in virtute tua, laudabimus & pſallemus virtuti tuæ.

Pſal. XXII.

DEus, Deus meus, reſpice ad me, quare dereliquiſti me, elongatus fiſi à ſalute mea propter verba delictorum meorum.

2 Deus meus in die clamavi ad te, & me non exaudiſti.

3 In nocte & me non reſpexiſti.

4 Tu in ſanctis habitaſti & laudatus *Iſraelis.*

5 In te ſperaverunt patres noſtri, ſpe-raverunt in te, & liberaſti eos.

6 Ad te clamaverunt & ſalvi facti ſunt, in te ſperaverunt & non erubuerunt.

7 Sed

7 Sed ego vermis ſum, & non ſum homo, opprobria hominibus, & deſpicientiæ plebi.

8 Omnes qui videbant me deſpiciebant me, loquebantur labiis, & movebant capita ſua.

9 Speravit in Domino & liberabit eum, & ſervabit eum, quia vult eum.

10 Tu es qui eduxiſti me de utero, ſpes mea ab uberibus matris meæ.

11 In te projectus ſum ego ex utero, de ventre matris meæ, tu es Deus meus.

12 Nè elongatus fis à me, quia tribulationes appropinquatæ ſunt, & nemo eſt qui adjuvat.

13 Circumdederunt me vituli multi, & tauri pingues obſederunt me.

14 Aperuerunt contra me ora ſua, ſicut leo quando rugit & rapit.

15 Ego ſicut aqua effuſus ſum, & diſperſa ſunt omnia oſſa mea, & fuit cor meum ſicut cera liquefacta in medio ventris mei, aruit tanquam teſta virtus mea.

16 Lingua mea naribus meis adhæſit, & in pulverem mortis demiſiſti me.

17 Circumdederunt me canes multi, & conventus malorum cinxerunt me per foraverunt manus meas, & pedes meos:

18 Et

18 Et laxarunt omnia ossa mea; & ipsi respexerunt & viderunt me.

19 Divisérunt vestimenta mea inter se, & super vestem meam sortes misérunt.

20 Tu Domine ne elonges auxilium tuum à me & Domine ad juvare me attende.

21 Libera è gladio animam meam, & de manibus canum unicum delicium matris meæ.

22 Libera me ex ore leonis, & è cornu unicornis. Humilitatem meam.

23 Narrabo nomen tuum fratribus meis, & in medio ecclesiæ laudabo te.

24 Timentes Dominum, laudate Dominum, universa progenies Jacobi glorificate eum.

25 Timeant ||Dominum tota progenies Israelis, quoniam non sprevit neque despexit Dominus orationes pauperis, neque avertit faciem suam à me, & cùm clamarem ad eum audivit me.

‖ Arm. *à Domino*

26 A te laus mea, in ecclesiis magnis laudabo te, vota mea persolvam coram religiosis ejus.

27 Edent pauperes, & saturabuntur, laudabunt Dominum qui quærunt eum, vivent corda eorum in secula seculorum.

28 Reminiscentur, & convertentur ad Dominum

Dominum omnes fines terræ, adorabunt eum omnes nationes gentium.

29 Quoniam Domini eſt Regnum, & ipſe dominatur ſuper omnes gentes.

30 Comederunt, & adoraverunt eum omnes pingues terræ, coram eo decidant omnes qui deſcendunt in pulve em.

31 Anima mea illo vivet, & progenies mea ſerv et ei.

32 Annuntiabitur Domino generatio quæ ventura eſt, annuntiabunt cœli juſtitiam populo, qui naſcetur, quem fecit Dominus.

Pſal. XXIII.

DOminus paſ-et me, & mihi quicquam non deerit, in agro vireſcente habitare me fecit, & ad aquas ſolatii eduxit me.

2 Convertit animam meam ad me, & reduxit me in vias juſtitiæ propter nomen ſuum.

3 Etſi ambulavero ego in medio umbrarum mortis non timebo de malo, quoniam tu Domine mecum es.

4 Virga tua & pedum ipſa conſolabuntur me.

5 Parasti coram me mensam è regione oculi oppressorum meorum.

6 Unxisti oleo caput meum, & calix tuus sicuti indeficiens potum subministravit mihi.

7 Misericordia tua, Domine, semitam meam prosequetur, per omnes dies vitæ meæ ut inhabitem in domo Domini in longitudinem dierum.

Psalm. XXIV.

DOmini est terra plenitudine sua, orbis, & omnes habitatores ejus?

2 Ipsemet super mare fundamenta astruxit ei, super flumina præparavit eum.

3 Quis ascendet in montem Domini, vel quis stabit in loco sanctitatis ejus?

4 Qui purus est manibus & immaculatus corde, qui non accepit vanitatem in anima sua, & non juravit dolosè cum proximo suo.

5 Hic accipiet auxilium à Domino, misericordiam à Deo salvatore suo.

6 Hæc generatio est quæ quærit Dominum, quærit videre faciem Dei Jacobi.

7 Attollite principes portas vestras sursum, attollimini portæ in æternum, & ingredietur Rex gloriæ. 8 Quis

8 Quis eſt iſte Rex gloriæ? Dominus potens fortitudine ſua, Dominus potens in bello.

9 Attollite principes portas veſtras ſurſum, attollimini portæ in æternum, & ingrèdietur Rex gloriæ.

10 Quis eſt iſte Rex gloriæ? Dominus virtutum, ipſemet eſt Rex gloriæ.

Pſal. XXV.

AD te Domine levavi animam meam.

2 Deus meus in te ſperavi, non erubeſcam, neque irrideant me inimici mei.

3 Omnes qui expectant te non erubeſcent;

4 Sed erubeſcent iniqui in vanitatibus ſuis, vias tuas Domine oſtende mihi, & ſemitas tuas doce me.

5 Dirige me in veritate tua & doce me quoniam tu es Deus ſalvator meus, & ego te expectavi quotidiè jugiter.

6 Reminiſcere Domine miſerationes tuas & miſericordias, quæ ſunt à ſeculo.

7 Peccata adoleſcentiæ & ignorantiæ meæ nè memineris, ſed memento mei Domine ſecundum miſericordiam tuam propter dulcedinem tuam. 8 Que-

8 Quoniam dulcis & rectus es, propterea ad leges componis peccatores in via.

9 Dirigis mansuetos in judicio, & doces mansuetos vias tuas.

10 Cunctæ viæ Domini misericordiæ & veritates sunt iis qui quærunt votum & testimonium ejus.

11 Propter nomen tuum, Domine, expia peccata mea quia multa fuerunt.

12 Quis est homo qui pertimescit à Domino, ad leges componit eum in via in qua soltium habuit.

13 Anima ejus in bonitate requiescet, & progenies ejus hæreditario possidebit terram.

14 Virtus est Domino religiosis suis & testamenta sua comm onstrat iis.

15 Oculi mei in omni tempore ad Dominum, & ipse educit de laqueo pedes meos.

16 Respice ad me & miserere mei, quia unicus matris, & pauper sum ego.

17 Tribulationes cordis mei multiplicatæ sunt, valdè, ab angustiis meis erue me.

18 Vide humilitatem meam, & laborem meum, & remitte mihi omnia peccata mea.

19 Vide

19 Vide inimicos meos quoniam multa fuerunt odia, quibuscum maniter odio persequuti sunt me.

20 Custodi animam meam & libera me, & non erubescam, quoniam speravi in te.

21 Immaculati & recti adhæserunt mihi, & ego (in) te speravi,

22 Libera Deus Israelem ex omnibus angustiis suis.

Psal. XXVI.

1 Udica me, Domine, quoniam ego in innocentia mea ambulavi, in Domino speravi quòd non fuero infirmus.

2 Experire me, Domine, & proba me, xperire renes & cor meum.

3 Misericordia tua, Domine ante oculos meos (est,) & complacebo veritati tuæ.

4 Non sedebo ego in cathedris vanorum, & cum iniquis ego non ingrediar.

5 Odi ego congregationes malorum, & cum impiis ego non sedebo.

6 Lavabo sanctitate manus meas, & circundabo mensam tuam, Domine

7 Ut audiam vocem laudis tuæ, & enarrem omnia mirabilia tua.

8 Domine, dilexi pulchritudinem do-

mus tuæ, & locum tabernaculi gloriæ tuæ.

9 Nè perdas cum impiis animam meam neque cum viris sanguinem effundentibus vitam meam.

10 Quorum manus in iniquitate sunt, & dextera eorum plena muneribus.

11 Ego in innocentia mea ambulavi, redime me, Domine, & miserere mei.

12 Pes meus stabit in rectitudine, in ecclesiis magnis laudabo te.

Psal. XXVII.

DOmine, lux mea & vita mea es, à quo timebo? Domine, fiducia vitæ meæ es, ego à quo *trepidabo?

* *Vel, lassus ero.*

2 Accedentibus ad me malis, ut ederent corpus meum, obsessores mei & inimici mei ipsi infirmati sunt & ceciderunt.

3 Si præparetur adversùs me exercitus, non timebit cor meum: & si exurgat adversùs me prælium, veruntamen & hoc (statu) in te, Domine, speravi.

4 Unum petii à Domino, & idem requiro, ut inhabitem in domo Domini omnes dies vitæ meæ: ut videam pulchritudinem Domini, & mandatum dem in templo ejus.

5 Abscon-

5 Abſcondit me in tabernaculo ſuo, in die malo protexit me in abſcondito tabernaculi ſui.

6 E petra exaltaſti me, & nunc exalta caput meum ſuper inimicos meos, circundabo & immolabo tabernaculo ejus ſacrificium laudis : laudabo & pſalmos dicam Domino.

7 Audi, Domine, vocem meam, quia clamavi ad te, miſerere & audi me.

8 Quoniam tibi dixit cor meum & exquiſivit facies mea, faciem tuam, Domine, perquiſivi.

9 Nè avertas faciem tuam à me, & nè declines iracunditer à ſervis tuis, adjutor meus eſto, Domine : nè deſpicias me, neque derelinquas me, Deus ſalvator, meus.

10 Pater meus & mater mea dereliquerunt me, & Dominus ſuſcepit me.

11 Legis ſtatutum facias me, Domine in via tua : & dirige me in ſemitis rectis, propter inimicos meos.

12 Nè tradas me in manus obleſſorum meorum : inſurrexerunt adverſùs me teſtes peccatorum, & mentiti ſunt mihi in iniquitate ſua.

13 Credidi (me) viſurum bonitatem

Domini in terra viventium.

14 Expecta Dominum & roborare, confortetur cor tuum, & expecta Dominum.

Psal. XXVIII.

AD te Domine, clamavi, Deus meus, nè obmutescas à me, nè quando obmutescas a me, assimiler iis qui descendunt in foveam.

2 Audi, Domine, vocem petitionum mearum, quum oravero ad te, quum extulero manus meas in templo sancto tuo.

3 Nè numeres cum impiis animam meam, neque cum iis qui operantur iniquitatem perdas me, qui loquuntur pacem juxta proximos suos, & pravitas est in cordibus eorum.

4 Da iis, Domine, secundùm opera eorum, secundùm iniquitatem grassuum suorum retribue iis, secundùm opera manuum eorum retribue iis, & retributionem eorum iis.

5 Non intellexerunt illi opera Domini, neque ad opera manuum ejus respexerunt, destrues eos, & alii non ædificabunt.

6 Laudatus est Dominus quia audivit vocem supplicationum mearum.

7 Dominus

7 Dominus adjutor meus, & protector meus, in ipſo ſperavit cor meum, utilitatem accepit, & oblectatum eſt corpus meum, & ego voluntate mea confitebor ei.

8 Dominus fortitudo (eſt) populi ſui, fiducia ſalutis uncti ſui.

9 Libera populum tuum & benedic hæreditati tuæ, rege & exalta eos uſque in æternum.

Pſal. XXIX.

AFferte Domino, filii Dei, afferte Domino filios arietum.

2 Afferte Domino gloriam & honorem, afferte Domino gloriam nomini ejus.

3 Adorate Dominum in atrio ſanctitatis ejus: vox Domini ſuper aquas, & Deus gloriæ tonuit & Dominus ipſe ſuper aquas multas.

4 Vox Domini virtutum, Vox Domini magnificentiarum.

5 Vox Domini confringit cedros, & comminuit Dominus cedros Libani.

6 Comminuet eos tanquam plantifer Libanus qui amabilis eſt quemadmodum filius monocerotis.

7 Vox Domini diſſecat flammam in igne.

8 Vox

8 Vox Domini concutit desertum, & commovet Dominus desertum in Cades.

9 Vox Domini firmat cervos, & manifestat sylvas in templo ejus unusquisque dicit gloriam ei.

10 Dominus diluvia sedere facit, & mitigat, regnabit Dominus in æternum.

11 Dominus virtutem populo suo dabit & benedicet populo suo in pace.

Psal. XXX.

EXalto te Domine quoniam suscepisti me & non lætificasti inimicum meum super me.

2 Domine Deus meus clamavi ad te, & sanasti me.

3 Domine eduxisti ab inferis animam meam.

4 Liberasti me ab iis qui descendunt in foveam.

5 Psalmos dicite Domino sancti ejus, & confitemini memoriæ sanctitatis ejus.

6 Indignatio est in ira ejus, & vita ‖ est in voluntate ejus, vesperè demorabuntur fletus, & sub auroram erit lætitia. ‖ Arm. *sunt.*

7 Ego dixi in solennitate mea non movebor

vebor in æternum, Domine in voluntate tua præſtitiſti decori meo virtutem.

8 Avertiſti faciem tuam à me & ego fui conturbatus.

9 Ad te Domine clamavi & ad Deum meum ſupplicavi.

10 Quid cedit commodi tibi è ſanguine meo, ſi deſcendam ego in corruptionem, nunquid pulvis confitebitur *tibi, aut annuntiabit veritatem tuam. * Arm. *ad te.*

11 Audivit me Dominus, & miſertus eſt & Dominus fuit mihi adjutor.

12 Convertiſti luctum meum in gaudium, ſolviſti à me cilicium & induiſti mihi lætitiam.

13 †Ut pſallat tibi gloria mea, nec quicquam commoviar, Domine, Deus meus in æternum confitebor tibi. † Arm. *pl.*

Pſalm XXXI.

IN te Domine ſperavi, non erubeſcam in æternum, in juſtitia tua libera me, & conſerva me.

2 Inclina ad me aurem tuam, & feſtinato ſervare me.

3 Eſto Deus meus protector, & domus fiduciæ, ad conſervandum me.

4 Quoniam

4 Quoniam agonista meus & fiducia mea tu es, propter nomen tuum Domine deduxisti me, & educasti me.

5 Et erues me de laqueo hoc qui abscon-ditus est mihi.

6 Tu es protector meus Domine & in manus tuas committo spiritum meum.

7 Liberasti me Domine Deus veritate tuâ, oduisti eos qui observant cultum inanem.

8 Ego in Domine speravi, exultabo & lætabor in redemptione tua, quoniam respexisti humilitatem meam, liberasti ab anxietatibus animam meam.

9 Et non tradidisti me in manus obsesso-rum meorum & statuisti in spatioso pedes meos.

10 Miserere mei Domine, quoniam obscurus sum ego, conturbatus est in iræ oculus meus, anima mea, & venter meus.

11 *Defecit in doloribus vita mea, & annni mei suspiria educendo, infirmata est in paupertate virtus mea, & ossa mea con-turbata sunt.

Arm.* *defece-runt.*

12 Super omnes inimicos meos oppro-brium fui ego vicinis meis, ingens terror & timor notis meis, omnes qui videbant me foràs fugiebant à me.

13 Oblivioni

13 Oblivioni traditus fui ego, tanquam mortuus à corde, & fui ego tanquam vas perditum.

14 Quoniam audivi ego vituperationes multorum qui circumdederunt me, dum convenirent ipſi in unum, accipere animam meam, cogitarunt.

15 Sed ego in te, Domine, ſperavi, dixi, tu es Deus meus & in manibus tuis hæreditas mea.

16 Libera me è manibus inimicorum meorum, & è perſecutoribus meis.

17 Exhibe faciem tuam ſervis tuis, ſerva me, Domine, ſecundùm miſericordiam tuam.

18 Domine, nè erubeſcam, quoniam clamavi ad te: erubeſcent impii & deſcendent in inferna.

19 Et obtumeſcent labia doloſa, quæ loquebantur de juſto iniquitatem, dum ſuperbirent & prævaricarentur.

20 Quàm multa eſt miſericordia dulcedinis tuæ, Domine, quam reſervâſti religioſis tuis!

21 Perfeciſti tu iis qui ſperarunt in te, in conſpectu filiorum hominum, occultâſti eos in tegumento vultus tui, ab indignatione hominum protexiſti eos in tabernaculo

tabernaculo tuo à contradictione linguarum.

22 Benedictus est Dominus, quoniam mirificavit misericordiam suam in civitate munita.

23 Ego dixi cùm obstupescerem, quòd projectus sum à facie oculorum tuorum, quapropter audisti vocem orationum mearum, dum clamarem ad te.

24 Diligite Dominum omnes sancti ejus, quoniam † veritatem quærit Dominus, & retribuit iis qui maximè exercent superbiam.

† *Vi. Luc* 22. 59.

25 Corroboramini, & confortentur corda vestra, omnes qui speratis in Domino.

Psal. XXXII.

BEatus (est) cui remissio fuit peccatorum, & tectæ fuerunt omnes transgressiones ejus.

2 Beatus vir cui non annumerabit Dominus peccata ejus, & non est dolus in ore ejus.

3 Tacui ego, & tabuerunt omnia ossa mea, eò quòd clamarem ad Dominum die totâ.

4 In die & in nocte gravata est manus tua

tua ſuper me, converſus ſum in miſeria, quoniam infixæ ſunt in me ſpinæ.

5 Peccata mea notificavi tibi, & iniquitates meas non abſcondam à te, dixi quòd pronuntiabo adverſum me peccata mea, & tu remittes omnes impietates peccatorum meorum.

6 Propterea in orationibus ſtabunt apud te omnes ſancti in tempore accepto; veruntamen in aquis diluviorum multorum qui ad eos omninò non appropinquabunt.

7 Tu es refugium meum in anguſtia ab iis qui circumdederunt me, exultatio mea, libera me ab iis qui obſederunt me.

8 Intelligentem reddam te, & judicio præditum in via quâ gradieris, & firmabo ſuper te oculos meos.

9 Nè eſtote ſicut equus & mulus, quoniam non eſt in iis intellectus, in frænis & lupatis conſtringes mandibulas eorum qui ad te omninò non appropinquant.

10 Multi cruciatus ſunt peccatoribus: ſed qui ſperant in Domino, miſericordia Domini circundabit eos.

11 Lætamini in Domino, & exultate juſti in Domino: gloriamini omnes qui recti eſtis cordibus.

Pſalm

Psal. XXXIII.

EXultate justi in Domino, rectos decet laudatio.

2 Confitemini Domino hymno, & decem chordarum psalterio psallite ei.

3 Laudate Dominum in laudatione nova, quia bonus est: psallite ei hymno.

4 Recta sunt mandata Domini, & omnia opera ejus fidelia sunt.

5 Et diligit misericordiam & judicia Dominus, misericordiâ Domini plena fuit terra.

6 Et verbo Domini cœli firmati sunt, & spiritu oris ejus omnes virtutes eorum.

7 Congregavit sicut in utre aquas maris, & ponit in profundis thesauros suos.

8 Timebit à Domino tota terra, & ab eo contremescent omnes habitatores orbis.

9 Ipse dixit & facta sunt, præcepit & firmata sunt.

10 Dominus dissipat consilia gentium, vilia reddit consilia populorum, & aspernatur Dominus consilia principum.

11 Consilium Domini in æternum manet, & consilium cordis ejus à generatione in generationem.

12 Beati

12 Beata eſt gens ea cui Dominus Deus adjutor eſt, populus quem elegit in hæreditatem ſuam.

13 De cœlis reſpexit Dominus in omnes filios hominum.

14 De præparata habitatione ſua intuitus eſt in omnes habitatores terræ.

15 Qui creavit ſolus corda eorum intelligendo omnia opera eorum.

16 Non omnino in copioſo exercitu ſuo ſalvabitur rex, neque gigas in abundantia virtutis ſuæ.

17 Fallax eſt equus in ſalute ſua, abundantia virtutis ſuæ non ſervat quitem.

18 Oculi Domini ſuper religioſos ſuos, & (eos) qui ſperant in miſericordia ejus.

19 Eruere à morte animas eorum, & alere eos in fame.

20 Animæ noſtræ expectabunt Dominum, quoniam adjutor & protector noſter eſt.

21 In eo lætabuntur corda noſtra, & in nomine ſancto ejus ſperabimus.

22 Sit miſericordia tua, Domine, ſuper nos, quemadmodum ſperavimus in te.

Pſal. XXXIV.

LAudabo Dominum in omni tempore.
2 In omni tempore laus ejus in ore meo.

3 In Domino gloriabitur anima mea, audient mites & lætabuntur.

* Arm. *casu instrumentali.* 4 Magnificate Dominum *mecum, & exaltemus nomen ejus simul.

5 Postulavi à Domino & audivit me, ab omni angustia mea, liberavit me.

6 Accedite ad Dominum & accipite lumen, & facies vestræ non erubescent.

7 Iste pauper clamavit ad Dominum, & Dominus audivit eum, & ab omni angustia ejus liberavit eum.

8 Habitationes angelorum circundant religiosos suos, & custodiunt eos.

9 Gustate & videte quàm suavis est Dominus: beatus est vir qui speravit in eo.

10 Timete à Domino omnes sancti ejus, quoniam nulla inopia est † religiosis ejus.

† Arm. *timentibus.*

11 Optimates depauperati sunt & esurierunt, sed qui quærunt Dominum non deficiet ‖ iis ulla bonitas.

‖ Arm. *ab iis.*

12 Venite filii mei, & audite me, & ego timorem Domini docebo vos.

13 Quis est homo qui vult vitam, diligit dies suos videre in bonitate?

14 Cohibe

14 Cohibe linguam tuam à pravitate, & labia tua nè *loquantur dolum.

15 Diverte à malo, & fac bonum, quære pacem, & prosequere semitam ejus.

16 Oculi Domini super justos, & aures ejus super preces eorum.

17 Vultus Domini super malefactores perdere è terra memoriam eorum.

18 Clamaverunt justi ad Dominum & Dominus audivit eos, & ab omni angustia eorum liberavit eos.

19 Appropinquat Dominus ad eos qui contriti sunt cordibus, & humiles spiritu salvat.

20 Multæ tribulationes sunt justorum, & à quacunque liberat eos.

21 Et custodit Dominus omnia ossa eorum, & unum ex illis non confringetur.

22 Mors peccatoris mala est: sed qui odio habuit justum conteretur.

23 Liberat Dominus animas servorum suorum, non conterentur omnes qui speraverunt in eo.

* Arm. *loquatur.*

Psal. XXXV.

JUdica, Domine, eos qui judicant me; pugna cum iis qui pugnant mecum.

2 Accipe frameam & clypeum tuum,
† Arm. adjuvare. & surge in †adjutorium mihi.
3 Evagina gladium tuum adversùm persequutores meos, conclude eos, & dic tu animæ meæ quòd salus tua ego sum.
4 Erubescant & pudefiant (ii) qui quærebant animam meam, convertantur retrorsùm, & erubescant, qui cogitabant mihi malum.
5 Fiant ipsi tanquam cinis coram vento, & Angelus Domini anguſtiis premat eos.
6 Fiant viæ illorum in tenebris, & in scandalo, & Angelus Dei persequatur eos.
7 Absque causa absconderunt mihi laqueum corruptionum suarum, & absque causa contumelioſè tractarunt animam meam.
8 Veniat super eos laqueus, quem non cognoverunt, & rete quod absconderunt apprehendat pedes eorum, & in laqueum ipsum cadant.
9 Sed anima mea exultabit in Domino, & lætificabitur in salute sua.
10 Et omnia ossa mea dicent, Domine, quis similis est tibi, quoniam liberavit inopem è manibus potentis, inopem & egenum

egenum ab iis qui rapiunt eum.

11 Surrexerunt *adverſus me teſtes pravitatum, quod neſciebam, interrogabunt me. * Arm. *ſuper me*

12 Retribuerunt mihi malum pro bono, exhæredare animam meam cogitarunt è filiis hominum.

13 Ego cùm anguſtiis (me) premerent, indutus fui cilicio, & humiliabam jejuniis animam meam, & orationes meæ in ſinum meum converſæ ſunt.

14 Quaſi frater, & proximus ſic contentus fui, quaſi lugens & mœrens ſic humiliabar.

15 Adverſus me lætati ſunt & convenerunt, congregata ſunt ſuper me tormenta & ego non cognovi.

16 Diſſipati ſunt & non compuncti ſunt, probaverunt me & illuſerunt, illuſionibus frendere fecerunt ſuper me dentes eorum.

17 Domine quouſquè reſpicies, remove animam ab impetu eorum, & à leonibus *unicum delicium matris meæ. * Arm. *unimaternitatem meam.*

18 Confitebor tibi in eccleſiis magnis, & in congregationibus multis laudabo te.

19 Nè gaudeant ſuper me inimici mei, qui odio habebant me abſque cauſa, oculos

los conjecerunt in me oculis ſuis,

20 Mecum pacem loquebantur, & ipſi iracundè dolum cogitabant.

21 Aperuerunt ſuper me ora ſua, & dixerunt eha, eha, viderunt oculi noſtri.

22 Vidiſti Domine, & ne taceas, Domine nè ſis procul a me.

23 Surge & reſpice Domine in judicia mea; Deus meus, & Dominus meus in judicium meum.

24 Et judica me ſecundùm juſtitiam tuam, Domine Deus meus, & nè gaudeant in me inimici mei.

25 Neque dicant in cordibus ſuis, eugè, eugè, animabus noſtris, quòd abſorpſimus eum.

26 Erubeſcant & pudefiant qui gratulantur ſecundùm malum meum, induantur pudore & deſpicientiâ qui magna loquebantur ſuper me.

27 Exultent & lætentur in te omnes qui volunt *ſecundum juſtitiam meam, dicant in omni tempore, magnus eſt Deus & qui volunt pacem apud ſervum tuum.

* vel ſecus.

28 Lingua mea loquetur juſtitiam tuam, tota die laudes tuas.

Pſalm XXXVI.

Pſalm XXXVI.

DIcit iniquus, peccando contra mentem ſuam, quod nullus (eſt) timor Domini ante oculos ejus.

2 Doloſè egit coràm eo, ad invenien-dum iniquitatem ſuam, & odio habere eum.

3 Verba oris ejus iniquitas & dolus ſunt; non voluit ipſe intelligere bonum.

4 Iniquitatem meditatus eſt in cubili ſuo, ſtetit ipſe in omni via quæ non eſt bona, & in malo ipſe non contriſtatus eſt.

5 Domine è cœlo miſericordia tua: veritas tua uſque ad nubes.

6 Juſtitia tua ſicut montes Dei, judicia tua ſicut abyſſus multa, homines & jumenta vivificabis tu Domine.

7 Quemadmodum multiplicaſti miſericordiam tuam, Deus, ſed filii hominum in umbra alarum tuarum ſperabunt.

8 Inebriabuntur ii ab ubertate domus tuæ, & ſcaturiginem voluptatis tuæ dabis bibendum iis.

9 A te Domine fons vitæ, & lumine vultus tui videmus lumen.

10 Exoriri fac miſericordiam tuam (iis)

qui cognoscunt te, justitiam tuam (iis) qui recti sunt cordibus.

11 Non veniant super nos pedes superborum & manus peccatorum ne tremore concutiant nos.

12 Ibi ceciderunt omnes qui operantur iniquitatem, expellentur, & iterum non potuerunt stabiliri.

Psal. XXXVII.

NE æmuleris cum malis, neque cum iis qui operantur iniquitatem.

2 Quoniam tanquam fœnum confestim arescent, sicut viror herbæ confestim transibunt

3 Spera in Domino & fac jucunditatem, habita in terra, & pasceris in magnitudine ejus.

4 Postula à Domino: & ipse dabit tibi petitiones cordis tui.

5 Explica coram Domino vias tuas, & spera in eo.

6 Ipse faciet, & educet quasi lumen justitiam tuam: & judicium tuum tanquàm meridiem.

7 Obediens esto Domino, & inservi ei, & nè æmuleris cum iis, quorum viæ suæ institutæ

ſtitutæ ſunt cum hominibus qui operantur iniquitatem.

8 Sile à furore & quieſce ab ira, neque æmuleris cum malis.

9 Quoniam mali velociter diſperdentur; ſed qui confidunt Domino, ipſi hæreditariò poſſidebunt terram.

10 Modicum, & quid ampliùs, non erit impius: quæres locum ejus & non invenies

11 Sed qui mites ſunt, ii hæreditariò poſſidebunt terram, & oblectabuntur in multa pace ſua.

12 Obſervat peccator juſtum & frendere facit ſuper eum dentes ſuos.

13 Sed Dominus irridebit eum quoniam multò antè prævidebat quod adventura erat dies ejus.

14 Gladium evaginaverunt peccatores, & intenderunt arcus ſuos percutere pauperem & inopem, trucidare eum qui humilis eſt corde.

15 Gladii eorum intrent in corda eorum, & arcus eorum confringantur.

16 Melius eſt modicum quid juſto quàm multa amplitudo peccatoribus.

17 Et brachia impiorum *conterentur: * Arm. confirmat Dominus juſtos. *ſingulariter.*

18 Et

18 Et cognoscit dies innocentium, hæ-
* Arm. reditas eorum in æternum *erit.
erit. 19 Non erubescent ii in temporibus calamitatis, sed in diebus famis saturabuntur, ecce peccatores peribunt.

20 Sed inimici Domini ut honorati & exaltati fuerint, deficient quemadmodùm fumus quando deficit.

21 mutuo accipit peccator & non retribuit, sed qui justus est miseretur & tribuit.

22 Qui benedicunt Domino hæreditariò possidebunt terram, & qui execrantur exterminabuntur ab ea.

23 A Domino diriguntur gressus viri, & viam ejus ipse vult valdè.

24 Etiamsi in scandalum ceciderit, ipse non perdetur quoniam Domini manus assistit ei,

25 Puer eram ego & senui, & non vidi justum aspernatum, neque semen ejus, quòd ostiatim peterat panem.

26 Tota die miseretur & dat mutuò, semen ejus benedictum erit in æternum.

27 Declina à malo, & fac bonum: habitabis à seculo in seculum in eo.

28 Dominus diligit judicium & non juxta sylvam cædit sanctos suos, sed in

æternum

æternum cuſtodit eos; iniqui exagitati erunt ſimul, & progenies impiorum perdentur.

29 Sed juſti hæreditariò acquirent terram, & habitabunt in ſeculum ſeculorum in ea.

30 Os juſti cogitat ſapientiam, & lingua ejus loquetur judicia.

31 Lex Dei ſui ſunt in corde ſuo, & non in ſcandalum impingent greſſus ejus.

32 Conſiderat peccator juſtum, & quærit occidere eum.

33 Sed Dominus non relinquit eum in manibus ejus, neque condemnat eum quando judicat eum.

34 Expecta Dominum, & cuſtodi vias ejus & exaltabit te ad hæreditariò poſſidendum terram, & interitum peccatorum videbis.

35 Vidi impium ſuperexaltatum & elevatum ſicut cedros Libani.

36 Tranſivi, & ecce non erat; quæſivi, & non inventus eſt locus ejus.

37 Obſerva innocentiam & reſpice rectitudinem, quoniam ſunt reliquiæ homini pacifico.

38 Iniqui exagitati erunt ſimul, & progenies impiorum peribit.

39 Salus

39 Salus justorum à Domino est, opertorium est iis in temporibus tribulationis.

40 Auxiliabitur is Dominus & liberabit eos, conservabit à peccatoribus & vivificabit eos, quia speraverunt in eo.

Psal. XXXVIII.

* Arm. *casus est instrum.*

DOmine nè *in furore tuo adversèris mihi, neque in iracundia tua corripias me.

2 Quoniam sagittæ tuæ inhæserunt mihi, & in me confirmata est manus tua.

3 Non est valetudo corpori meo à conspectu furoris tui.

4 Non est tranquillitas ossibus meis è conspectu peccatorum meorum.

5 Iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum, & sicut onus grave gravatæ sunt super me.

6 Putruerunt & corruptæ sunt, plagæ meæ à conspectu insipientiæ meæ.

7 Afflictus fui & incurvatus fui valdè, tota die tristis ambulam.

8 Quoniam anima mea repleta est passionibus & non est sanitas corpori meo.

9 Excruciatus sum & curvatus sum usquè valdè, rugiebam præ fremitu cordis mei,

10 Domine,

10 Domine, coram te est omne desiderium meum, & gemitus meus à te non est absconditus.

11 Cor meum conturbatum est in me, & reliquit me virtus mea, & lumen oculorum meorum ipsum non fuit mecum.

12 Bono affectu prosequentes me, & vicini mei, adversùm me appropinquaverunt, steterunt, & vicini mei longè à me abfuerunt.

13 Pugnis adjudicabant me, & quærebant animam meam: (11) qui cogitabant malum contra me, loquuti sunt iniquitatem, & dolum totâ die excogitarunt.

14 Sed ego tanquam surdus, quoniam non audit, & sicut mutus qui non aperit os suum.

15 Fui ego tanquam homo qui non audit, & (cui) non sunt verba in ore ejus.

16 Ego in te speravi, & tu audies me, Domine Deus meus.

17 Dixi quod non gaudebunt super me inimici mei: dum commoventur pedes mei super me, magna loquuti sunt.

18 Ego ad cruciatus paratus sum, & dolores mei coram te sunt in omni tempore.

19 Iniquitates meas annuntiabo, & solicitus ero propter peccata mea.

20 Nunc

20 Verumtamen inimici mei vivunt, & confirmatiores sunt me, multi erant qui odio habebant me absque causâ.

21 Qui retribuunt mihi malum pro bono, mala loquebantur de me, quoniam prosequutus sum semitam justitiæ meæ.

22 Nè derelinquas me, Domine Deus meus, & ne elongeris à me.

23 Intende ad auxiliandum mihi, Domine salutis meæ.

Psal. XXXIX.

DIxi quòd custodiam vias meas, ut non peccem linguâ meâ.

2 Posui custodiam ori meo, cum contradiceret peccator in conspectu meo.

3 Obmutui, & incurvatus sum: silui à bonitate, & dolores mei renovati sunt in me.

4 Commotum est cor meum in ventre meo, & in cogitationibus meis accensus est ignis.

5 Loquutus sum linguâ meâ, & dixi ostende mihi, Domine, finem meum & numerum dierum meorum quantus est, ut sciam si quid diminutumest à me.

6 Eccè mensurâ posuisti dies meos, & potentia

potentia virtutis meæ tanquam nihilum eſt coram me : veruntamen omnimodò vanus eſt omnis homo carneus.

7 Quanquam ſicut in imag ne perambulat homo: tamen jugiter perturbatur; theſauros comparat, & neſcit cui congregat.

8 Sed nunc quæ eſt ſpes mea, ſi non tu, Domine? vel potentia virtutis meæ, ſi non à te?

9 Ab omni iniquitate meâ liberâſti me, & opprobrium inſipienti feciſti me.

10 Obmutui & non aperui os meum, quoniam tu feciſti.

11 Amove à me cruciatus meos, quoniam in fortitudine manus tuæ ego defeci: increpatione propter peccatum corripuiſti hominem.

12 Diſſolviſti ſicut aranei telam animam ejus : veruntamen inanis eſt omnis homo.

13 Audi orationes meas, aurem appone petitionibus meis, & lachrymis meis nè obticeas: egenus ſum ego coram te, hoſpes & viator, ſicut omnes patres mei.

14 Remitte mihi ut quiete fruar, uſque dum profectus fuero (eò loci) ubi non ampliùs inveniar.

Pſalm

Psal. XL.

EXpectando expectabam Dominum, respexit ad me,

2 Et audivit orationes meas: eduxit me è fovea afflictionum, è luto & è palude.

3 Constituit super petra pedes meos, & direxit gressus meos.

4 Misit in os meum laudem ejus, laudem Domino Deo nostro, videbunt multi & timebunt, & sperabunt in Domino.

5 Beatus est vir cui nomen Domini spes est ejus: non respexit ipse in vanitatem, neque in insanias falsas.

6 Multiplicâsti tu, Domine Deus meus, mirabilia tua, & consiliis tuis nemo est qui similis est tibi, annuntiavi & locutus sum, & multiplicatiora sunt numero.

7 Cum sacrificiis & oblationibus non fuisti contentus, audibiles fecisti mihi victimas, & pro peccatis non petiisti.

* Arm. quòd esse. 8 Tunc temporis dixi, *Ecce venio ego, in capite librorum scriptum est de me:

9 Facere voluntatem tuam, Deus meus, volui, & legem tuam in medio ventris mei.

10 Evangelizavi

10 Evangelizavi justitiam tuam in ecclesiis magnis: ecce labia mea non prohibebo à te.

11 Domine, tu nosti quod non abscondi justificationes tuas in corde meo: veritatem tuam & salutem tuam.

12 Dixi & non abscondi misericordiam tuam & veritatem tuam à congregatione magna.

13 Sed tu, Domine, rè longè facias miserationem tuam à me, quia misericordia tua in omni tempore suscepit me, circundederunt me mala, quorum non fuit iis numerus: comprehenderunt me iniquitates meæ, & ego non potui videre, multiplicatiores fuerunt quam cæsaries capitis mei, & cor meum dereliquit me.

14 Placeat tibi, Domine, liberare me, & Domine, ad adjuvandum me respice.

15 Erubescant & pudefiant qui quærebant animam meam tollere eam: convertantur retrorsum & erubescant qui excogitabant mihi malum.

16 Ferant pudorem confestim velociter, qui dicebant mihi, eha, eha.

17 Exultent & lætentur in te omnes qui quærunt te, Domine, dicant in omni tempore, Magnus est Deus, & qui diligunt

gunt salutem tuam.

18 Ego pauper & inops sum, Dominus solicitus est mei: adjutor & protector meus es, tu Deus meus, nè tardaveris.

Psal. XLI.

BEatus (est) qui considerat pauperem & inopem, in die malâ liberat eum Dominus.

2 Dominus liberat eum & servat eum, beatum facit eum super terram.

3 Et non tradit eum in manus inimicorum suorum.

4 Dominus adjuvat eum in lecto dolorum suorum: totum cubile ejus evolvit in infirmitate ejus.

5 Ego dixi, Domine, miserere mei, sana animam meam, quoniam peccavi

* Arm. *tibi.* in *te.

6 Inimici mei dixerunt mihi malum: quando erit quòd morietur, & peribit nomen ejus?

† Arm. *videre.* 7 Ingrediebatur †ut videret vanitatem: loquebatur in corde suo, & congregabat iniquitatem in animam suam.

8 Egrediebatur foràs & idem loquebatur, circùm me susurrabant omnes inimici mei:

mei: cogitarunt malum || in me, verbum || Arm. *ſuper*
iniquitatis impoſuerunt mihi.

9 Nunquid qui dormiunt non adjicient *me* ſurgere

10 Quoniam etiam homo pacis meæ, in quo etiam ſperavi: qui manducavit panem meum, conatus eſt tacere mihi fraudationem.

11 Sed tu Domine miſerere mei, vivifica me, & ego retribuam tibi.

12 In hoc cognovi quòd complacentiam habuiſti mecum, quoniam non gaviſi ſunt inimici mei.

13 Sed me propter innocentiam meam ſuſcepiſti, & conſtituiſti me coram te in æternum.

14 Benedictus (eſt) Dominus, Deus Iſraelis à ſeculo in ſecula, fiat, fiat.

Pſalm XLII.

QUemadmodum deſiderat cervus ad fontes aquarum, ita deſiderat anima mea ad te, Deus.

2 Sitiens eſt anima mea ad te, Deus, potens & vivens.

3 Quando veniam & conſpicuum me faciam faciei tuæ Deus.

4 Fuerunt mihi lachrymæ meæ in cibum die & nocte : & propterea dicebant mihi totâ die, ubi eſt Deus tuus?

5 Hoc prout recordabar, afflicta erat in me anima mea : valdè cruciatus eram quòd ingreſſurus eram per tabernaculum miraculorum domum Dei, voce exultationis, confeſſionis, & voce ſolennitatis.

6 Quare igitur triſtis es anima mea, vel quare conturbas me? ſpera *in Deo, confitere ei : redemptor vultus mei Deus eſt. *Arm. *apud Deum.*

7 Anima mea valdè conturbata eſt, quapropter recordatus ſum te de terra Jordanis, & ab Hermon & à monte exiguo.

8 Abyſſi abyſſorum clamaverunt ad te in voce cataractarum tuarum : omnes undæ tuæ, & fluctus tui tranſierunt ſuper me.

9 In die mandavit Dominus miſericordiam ſuam, & in nocte laudem ſuam.

10 Et preces meæ ad Deum pro vita mea, dixi Deo, ſuſceptor meus es, quare reprobâſti me? quare triſtis incedo ego, dum angultiis urget inimicus meus.

11 Dum confringuntur oſſa mea, contumelioſè tractant me inimici mei, dum dicunt mihi totâ die, ubi eſt Deus tuus?

12 Quare

12 Quare igitur triſtis es anima mea, vel quare conturbas me? ſpera †in Deo, †Arm. confitere illi: ſalvator vultus mei Deus *apud.* eſt.

Pſal. XLIII.

ADjudica mihi Deus meus, & æquitatem exhibe mihi in judicio meo, de gente quæ non eſt ſancta, ab homine ſcelerioſo doloſo libera me.

2 Tu Deus athleta meus es: quare oblitus es mei, quare triſtis incedo ego, dum anguſtiis premit (me) inimicus meus?

3 Emitte, Domine, lucem tuam, & veritatem tuam, quoniam dirigent me, educent me in montem ſanctum, & in tabernaculum tuum.

4 Introibo coram altare Dei ad Deum, qui lætificat juventutem meam, confitebo tibi laude, Deus, Deus meus.

5 Quare igitur triſtis es anima mea, vel quare conturbas me? ſpera apud Deum, confitere ei, ſalvator vultus mei Deus eſt.

Pſal. XLIV.

DEus, auribus noſtris audivimus (id) quod patres noſtri annuntiaverunt

nobis, opus quod operatus es in diebus eorum, in diebus priſtinis.

2 Manus tua evulſit gentes, & eas plantâſti.

3 Afflixiſti populos tuos, & eduxiſti eos.

4 Non enim gladio ſuo poſſederunt hæreditariò terram, neque brachium eorum liberavit eos : ſed dextera tua, & brachium tuum, & lumen vultus tui, quoniam oblectatus es tu cum iis.

5 Túmet es rex meus & Deus meus, qui mandâſti ſalutes Jacobi.

6 Per te inimicos noſtros percutiamus, & nomine tuo ſpernemus inſurgentes in nos.

7 Non enim arcubus meis confido, neque gladius meus ſervat me.

8 Sed tu liberâſti nos ab inimicis noſtris, & oſores noſtros pudore affeciſti.

9 Deo gloriabimur totâ die, & nomini ejus confitebimur in æternum.

10 Veruntamen repuliſti & contempſiſti nos, & non fuiſti, Deus, cum exercitibus noſtris.

11 Convertiſti nos retrorſum plus quam inimicos noſtros, & oſores noſtri diripuerunt nos.

12 Dediſti nos ut oves in jugulationem, &

& cum gentibus conſperſiſti nos.

13 Vendidiſti populum tuum abſque pretio, & non eſt computus vociferationis noſtræ.

14 Feciſti nos opprobria vicinis noſtris, riſum & ludibrium iis qui circundederunt nos.

15 Feciſti nos in ſimilitudinem gentibus, dum commovent capita populi, totâ die opprobria mea coram me ſunt.

16 Et erubeſcentia vultus mei cooperuit me.

17 A voce exprobantis & obloquentis, à vultu inimici & perſecutoris

18 Hoc totum venit ſuper nos, & nos non obliti ſumus tui, neque falſificavimus votum tuum.

19 Et non receſſimus retrò cordibus noſtris, evertiſti ſemitas noſtras è viis tuis.

20 Depreſſiſti nos in loco afflictionum, & cooperuerunt nos umbræ mortis.

21 Si obliviſcamur nomen Dei noſtri, vel expandamus manus noſtras ad Deos alienos.

22 Forſan Deus inquirit hoc, quoniam ipſe ſcrutatur occulta cordium noſtrorum; propter te interfecti ſumus totâ die, æſtimati ſumus ſicut oves ad jugulationem.

23 Expergiſcere, quare obdormis, Domine? exurge, & nè repellas nos in perpetuum.

24 Quare avertis faciem tuam à nobis? obliviſceris inopiæ & anguſtiæ noſtræ?

25 Humiliatæ ſunt uſque ad pulverem anima noſtræ, & terræ adhæſerunt ventres noſtri.

26 Exurge Domine, adjuva nos, & libera nos propter nomen tuum.

Pſal. XLV.

ERuctabit cor meum mandatum tuum bonum, & dicam opera mea regi.

2 Lingua mea tanquam calamus velocitèr ſcribentis ſcribæ:

3 Speciosus aſpectu præ omnibus filiis hominum, effuſæ ſunt gratiæ è labiis tuis propterea benedixit tibi Deus in æternum.

4 Applica gladium tuum ad femur tuum Heros.

5 Et ſpecie decoris tui, intende, dirige & regna, propter veritatem manſuetudinem & juſtitiam: & deducet te mirabiliter dextera tua.

6 Sagittæ tuæ acutæ ſunt, Heros: & populi

populi ſubte cadent, in corda inimicorum regis.

7 Sedes tua, Deus, in ſeculum ſeculorum: virga directionis, virga regiminis tui.

8 Dilexiſti juſtitiam & odiſti iniquitatem, propterea unxit te Deus, Deus tuus, oleo lætitiæ plus quam ſocios tuos.

9 Myrrha & ſtacte & caſſia è veſtimento tuo, è templis eburneis. Armen. *myrrham ſtacten & caſſiam.*

10 Ubi lætificarunt te filiæ regum in honore, aſtitit regina à dexterâ tuâ in indumento deaurato exornato & variegato.

11 Audi filia, & vide, inclina aurem tuam, obliviſcere populum tuum, & domum patris tui:

12 Quoniam concupivit rex gloriam tuam:

13 Ipſemet eſt Dominus tuus: adorabunt eum: & filia Tyri adorabit eum: & oblationibus vultum ejus adorabunt magnates inter populos.

14 Omnis gloria filiæ regis intus (eſt,) in fimbriis deauratis, exornatis & variegatis.

15 Adducent regi virgines poſt eum, & ſocias ejus adferent ei.

16 Adferent

16 Adferent exultatione & gaudio, & adducent in templum regis.

17 Et loco patrum tuorum erunt filii tui, constitues eos principes per totam terram.

18 Et commemorandum erit nomen tuum apud omnes generationes generationum: propterea populi confitebuntur *tibi, in seculum, & in secula seculorum.

* Arm. *ad te.*

Psal. XLVI.

DEus noster, refugium & virtus, adjutor in angustiis, quæ accidunt nobis nimis.

2 Propterea non timebimus nos quum commota fuerit terra, & translati fuerint montes in cor maris.

3 Personuerunt & conturbatæ sunt aquæ eorum, conturbati sunt montes in fortitudine ipsius.

4 Gressus fluviorum exhilarant civitatem Dei, & sanctificavit.

5 Deus, in medio eorum, & ipsi non commovebuntur, adjuvabit eos Deus, à crastino usque ad crastinum.

6 Conturbatæ sunt gentes, & inclinata sunt regna, dedit vocem suam altissimus & mota est terra. 7 Dominus

7 Dominus exercituum nobiscum, auxiliator est noster Deus Jacobi.

8 Venite & videte opera Dei qui fecit signa & prodigia super terram.

9 Eduxit bellum à terminis usque ad terminos: terræ frameas contrivit, & clypeos combussit igne.

10 Prævenite, & agnoscite quòd ego sum Deus, exaltatus ero in gentibus & exaltabor super terram.

11 Dominus exercituum nobiscum, susceptor est noster, Deus Jabobi.

Psal. XLVII.

PLausus *edite omnes gentes, clamate ad Deum in voce exultationis.

2 Dominus excelsus & terribilis (est,) Rex magnus super totam terram.

3 Subjectos reddidit populos nobis & gentes sub pedibus nostris.

4 Elegit nos suam in hæreditatem, in pulchritudinem, Jacobi quem dilexit.

5 Ascendit Deus laude, & Dominus noster voce tubæ.

6 Ibi terrores quasi in partu, in vento vehementi, qui conterit naves in Tarsis.

7 Sicut audivimus, sic vidimus in civitate,

* Arm. *percutite*

tate Domini virtutum, & in civitate Dei noſtri.

8 Deus fundamenta jecit ei in æternum.

9 Suſcepimus, Deus, miſericordiam tuam in medio populi tui.

10 Secundùm nomen tuum, ſic, & laus tua in totum terrarum orbem; juſtitiâ plena eſt dextera tua.

11 Lætetur mons Sion, & exultent filiæ Judæ, propter judicia tua, Domine.

12 Circuite Sion & pertranſite eam, narrate in turribus ejus.

13 Ponite corda veſtra ſuper virtutes ejus, dividite muros ejus, ut annuntiare poſſitis generationi alteri.

14 Hic eſt Deus, Deus noſter in ſeculum ſeculorum, & ipſe paſcet nos uſque in ſeculum.

Psal. XLIX.

* Arm. *Aures apponentes eſtote.*

AUdite hoc omnes gentes, *auſcultate omnes qui inhabitâſtis terram.

2 Terrigenæ, & filii hominum: ſimul ac divites & pauperes.

3 Os meum loquetur ſapientiam, & meditatio cordis mei prudentiam.

4 Inclinavi in parabolam aurem meam, aperiam

aperiam similitudine os meum, & loquar parabolas in laude à principio.

5 Cur nunquam timeo ego in die malæ, quoniam iniquitates gressuum meorum circundederunt me.

6 Sperantes in te virtute suâ, in multitudine divitiarum suarum gloriabuntur.

7 Frater non liberat, neque liberat homo, neque dat Deo redemptionem, neq; pretium redemptionis animæ suæ.

8 Labora in æternum, & vives usque in perpetuum.

9 Et non videbis corruptionem, quando videbis quòd sapientes moriuntur.

10 Simul insipientes & dementes peribunt, & relinquent exteris divitias suas.

11 Sepulchra domus eorum erunt in æternum, & tabernacula eorum à generatione usque ad generationem, & vocabuntur nomina eorum super terras suas.

12 Homo in honore erat & non intellexit, comparatus est jumentis irrationalibus, & similis factus est illis.

13 Hæc via est illorum, scandalum ipsis: posteà oribus suis complacebunt.

14 Sicut oves in infernum tradentur, & mors depascet eos.

15 Et dominabuntur iis recti sub auroram.

16 Adjutores

16 Adjutores eorum veteraſcent in inferno, & è gloria ſua decident.

17 Veruntamen Deus liberabit animam meam è manibus inferorum, cùm acceperint me.

18 Nè timeas quum ditatur homo, & quum multiplicantur gloriæ domus ejus: quoniam non cùm morietur ſumet ſecum omnia, neque deſcendent gloriæ domus ejus cum illo.

19 Sed anima ejus in vitâ ſuâ benedicetur, & confitebitur tibi cùm benefeceris tu ei.

20 Introibit ipſe uſque ad progeniem patrum ſuorum, uſque in æternum lumen non videbit.

21 Homo in honore erat, & non intellexit, comparatus eſt jumentis irrationalibus, & ſimilis factus eſt iis.

Psalm. L.

DEus Deorum Dominus loquutus eſt, vocavit terram ab ortu uſque ad occaſum ſolis.

2 De Sion eſt magnificentia redemptionis decoris ejus.

3 Deus noſter manifeſtè veniet, & Deus noſter

noſter non ceſſabit, ignis ante eum exardeſcet, & circa ipſum nimbus *validus. * Arm.

4 Convocabit cœlum deſuper, & terram ad judicandum pópulum ſuum, ad congregandum ad eum ſanctos ſuos, & (eos) qui ponunt ſacrificia votorum ſuper altare ejus. *Vide Græc.*

5 Annuntiabunt cœli juſtitiam ejus, quoniam Judex eſt.

6 Audi populus meus & loquar tecum: & Iſrael, & tibi teſtificabor, quoniam Deus, Deus tuus ego ſum.

7 Non quòd propter ſacrificia tua reprehendam te, quoniam victimæ tuæ coram me ſunt in omni tempore.

8 Non accipio de domo tuâ vitulos; neque de gregibus tuis hircos.

9 Meum eſt omne jumentum ſilvæ, feræ montium & omne animal.

10 Cognoſco ego omnia volatilia cœlorum, & pulchritudo agri mecum eſt.

11 Si eſuriero, tibi quicquam non dicam quoniam meus eſt orbis plenitudine ejus.

12 Non comedo ego carnem vitulorum tuorum, neque ſanguinem hircorum tuorum bibo.

13 Offerte Deo ſacrificia laudis, & perfice altiſſimo vota tua.

14 Vocabis

14 Vocabis ad me in die angustiæ tuæ, ego liberabo te, & tu glorificabis me.

15 Verumtamen peccatori dicit Deus, sed tu quare nunquam enarras justitiam meam, vel accipis vota mea in os tuum?

16 Quoniam tu odisti disciplinam meam, reprobâsti & retrorsùm projecisti omnia verba oris mei.

18 Si videris furem, cucurristi cum eo: & cùm adulteris posuisti portionem tuam.

19 Os tuum multiplicavit malitiam, & lingua protulit dolum.

20 Sedens, de fratre tuo malè loquutus es, & in filium matris tuæ posuisti scandalum.

21 Hoc totum fecisti & ego tacui tibi: existimâsti, O inique, in mente tua quòd ego tibi similis sim, igitur adversabor, & constituam hoc totum è regione tibi.

22 Intelligite omnes qui obliti estis Deum, nè quando rapiat, & nemo sit qui liberet.

23 Sacrificium laudis glorificabit me, & ibi est via, ubi ostendam ei salutem Dei.

Psal.

Psalm LI.

MIserere mei, Domine, secundùm magnam misericordiam tuam.

2 Et secundùm multitudinem miserationum tuarum, expia iniquitates meas.

3 Insuper lava me ab omni iniquitate mea, & à peccatis meis sanctifica me.

4 Iniquitates meas ego ipse cognosco, & peccata mea coram me sunt in omni tempore.

5 Tibi solùm peccavi, Domine, & malum coram te feci.

6 Ut justificeris in verbis tuis, & victor (sis) quum judicatus fueris.

7 *Iniquitate conceptus sum, & in peccatis peperit me mater mea.

8 Tu Domine veritatem dilexisti, immanifesta & occulta † sapientiâ tuâ manifestâsti mihi.

9 Projice in me hyssopo, & sanctus ero; & lava, & nive candidior ero.

10 Audibilem facias mihi exultationem & lætitiam, & exultabunt ossa ea afflicta.

11 Averte faciem tuam a peccatis meis, & omnes iniquitates meas expurga à me.

12 Cor sanctum constitue in me, Deus,

* Arm. *casus est instrum. Vid. Psal.* 63. 12. *Vide Syr.*

† Arm. *casus est instrum.*

& ſpiritum rectum innova in ventre meo.

13 Nè projicias me, Domine, à facie tua, & ſpiritum ſanctum tuum nè auferas à me.

14 Da mihi exultationem ſalutis, & ſpiritu precioſo tuo confirma me.

15 Oſtendam iniquis vias tuas, & impii ad te convertentur.

16 Libera me à ſanguine, Deus, Deus ſalutis meæ, & exultabit lingua mea in juſtitiâ tuâ.

17 Domine, ſi labia mea aperias, os meum canet laudes tuas.

18 Si voluiſſes ſacrificia, dediſſemus; veruntamen cum victimis etiam non delectatus es.

19 Victima Deo ſpiritus humilis; cor ſanctum & ſpiritum humilem Deus non deſpicit.

20 Benefac, Domine, ex voluntate tua Sioni, & ædificentur muri Hieruſalem.

21 In eo tempore oblectaberis cum ſacrificiis juſtitiæ, quando (in) votorum ſacrificium, adducent ad altare tuum vitulos.

Pſal. LII.

QUid gloriaberis in malitiâ, gigas inique?

2 Tota die iniquitatem cogitavit in lingua ſua, perinde ac novacula exacuta exacuit dolum.

3 Dilexit malitiam plus quàm bonitatem, iniquitatem plus quàm ſermones juſtitiæ.

4 Dilexit ipſe omnia verba perditionis & linguas doloſas, propterea Deus deſtruet ipſum perpetuò.

5 Eradicabit & evellet eum è tabernaculis, & radices ejus è terrâ viventium.

6 Videbunt juſti & timebunt, & circa illum deridebunt, & dicent,

7 Iſte homo eſt qui non fecit Deum ſuum adjutorem, ſed ſperavit iſte in copioſis divitiis ſuis, & prævaluit in vanitate ſua.

8 Sed ego ſicut oliva fructifera in domo Dei, ſperavi in miſericordia Dei in ſeculum, & in ſecula ſeculorum.

9 Confitebor tibi, Domine, in ſeculum quoniam feciſti, expectabo nomen tuum, quoniam jucundus es coram ſanctis tuis.

Pſal. LIII.

DIxit inſipiens in corde ſuo, quòd non eſt Deus, corrupti ſunt & polluti ſunt in iniquitatibus ſuis, & nemo eſt qui facit delectationem.

2 Deus è cœlis proſpexit in omnes filios hominum, ut videret ſi ſit quis ſapiens qui inquirat Deum.

3 Omnes declinaverunt ſimul, & inutiles fuerunt: nemo eſt qui facit bonum, imò non eſt ullus uſque ad unum.

4 Quomodò non cognoſcunt omnes qui operantur iniquitatem, qui manducabant populum meum ut eſcam panis, & ad Deum non vocaverunt.

5 Ibi timebunt timore ubi non fit timor, quoniam Deus diſſipabit oſſa adulatorum.

6 Erubeſcent & pudore affecti erunt, quoniam Deus ſprevit eos.

7 Quis dabit de Sion ſalutem Iſraeli? cùm averterit Deus captivitatem populi ſui, exultabit Jacob, & lætabitur Iſrael.

Pſal. LIV.

DEus in nomine tuo ſalva me, & in virtute tua judicium fac mihi.

2 Deus audi orationes meas, aurem appone verbis oris mei.

3 Alieni ſurrexerunt adverſus me, & fortes quæſiverunt animam meam, & non æſtimârunt te, Deus, ante ſe.

4 Ecce Deus adjutor meus, & Dominus ſuſceptor animæ meæ.

5 Averte malum in inimicos meos, & veritate tuâ diſperde illos.

6 Ego voluntate meâ ſacrificia offeram tibi, & confitebor nomini tuo, Domine, quia bonum eſt.

7 Ab omni anguſtia mea liberâſti me, & ab inimicis meis deſpexit oculus meus.

Pſal. LV.

AUrem appone, Deus, orationibus meis, & ne deſpicias petitiones meas.

2 Reſpice ad me, & audi me, quoniam tædio affectus ſum in triſtitiâ meâ.

3 Et conturbatus ſum à voce inimici,

& ab oppreſſione peccatoris : declinaverunt in me iniquitates, & in acundè odium conſervarunt mihi.

4 Cor meum conturbatum fuit in me, & pavor mortis cecidit ſuper me.

5 Tremor & formido venerunt ſuper me & operuerunt me tenebræ.

6 Dicebam det quis mihi alas velut columbæ ut volem ſurſum, & elongatus conquieſcam in deſerto

7 Oculum habebam in Deum qui liberavit mea puſillanimitate ab affligente nimbo, ab anguſtia cordis.

8 Submerge Domine, & diride linguas eorum, quoniam vidi iniquitatem & contradictionem in civitate.

9 In die & in nocte circumdederunt muros ejus.

10 Iniquitates, mala & peccata in medio eorum & non defecit de prelateis eorum uſura & dolus.

11 Quoniam ſi inimicus exprobraſſet ſuſtinuiſſem utiquè, vel etiam oſor magna loquutus fuiſſet ſuper me, delituiſſem utiquè ab eo.

12 Sed tu homo coæqualis meus, dux meus & notus meus.

13 Quanquam ſimul oblectaſti me &

te cibo, quoniam ambulavimus * uno ore

14 Veniet mors super illos, & vivi descendent in interna, quoniam malitia in habitatione illorum & in medio illorum.

15 Ego ad Deum clamavi, & Dominus audivit me.

16 Vesperè & manè & meridie narravi & dixi, & audiet vocem meam.

17 Liberabit in pace animam meam à propinquis meis, quoniam potentiâ pervenerunt super me.

18 Audiet Deus, & humiliabit eos qui antiquior est seculis.

19 Quoniam non est iis commutatio, neque timuerunt in Deo.

20 Extendit manum suam ad retribuendum iis, & ipsi contaminaverunt leges ejus.

21 Divisi sunt in ira è facie ejus, & pervenit in corda eorum.

22 Leniora erant verba ejus oleo, & ipsa sunt sicut jacula.

23 Rejice in Dominum curam tuam, & ipse enutrit te, & non dat in æternum commotionem justo.

24 Tu, Deus, deduces eos in foveam corruptionis: viri sanguinem profundentes

* In Arm enim hæc concordi videtur potius ad verba quam ad animum referre.

dentes & doloſi, non dimidiabunt dies ſuos, ſed ego in te, Domine, ſperavi.

Pſal. LVI.

MIſerere mei, Deus, quoniam conculcavit me homo.

2 Tota die bellatores afflixerunt me.

3 Conculcarunt me inimici mei tota die, multi erant qui pugnabant mecum ex alto.

4 In die ego non timebo, quia in Domino ſperavi; in Deo laudabo ſermones meos.

5 In Deo ſperavi, & non timebo quid faciat mihi homo.

6 Tota die verba mea contemptu habebunt de me erant cogitationes eorum in malitiam egeni erunt, & coronati Reges ambulabunt.

7 Ipſi veſtigia mea obſervabunt: ſicuti etiam obſervabunt animam meam.

8 Quaſi pro nihilo reprobabis eos & iracundè populos tuos obtemperantes reddes.

9 Deus, vitam meam annuntiabo tibi: posui lachrymas meas coram te ſicuti promiſiſti tu mihi.

10 Converſi

10 Conversi sunt inimici mei retrorsùm in die quo clamavimus ad te, ecce cognovi quod Deus meus es tu.

11 Deum laudabo in verbis meis, & Dominum laudabo in sermonibus meis in Deo sperabo, & non timebo quid faciat mihi homo.

12 In me sunt vota mea quæ reddam tibi, Deus, laude.

13 Liberasti animam meam à morte, oculos meos à lachrimis, & pedes meos à scandalo, placebo coram Domino in terra viventium.

Psal. LXVII.

MIserere mei, Deus miserere mei quoniam in te speravit anima mea.

2 In umbra alarum tuarum sperabo donec transeat iniquitas.

3 Clamavi ad Deum excelsum: ad Deum benefactorem meum.

4 Misit de Cœlo & vivificavit me, dedit in opprobria (eos) qui conculcabant me; misit Deus misericordiam suam, & veritatem suam.

5 Et liberavit animam meam de medio *occultorum, quia dormiebam conturbatus:

*legebat forsan κικρυμένων προσκύμνων

tus: filiorum hominum dentes (sui) framea & sagittæ sunt & linguæ eorum sicut gladius acutus.

6 Excelsus es tu in Cœlis Deus, & in
† Arm. tota terra †est gloria tua.
sumt. 7 Laqueum paraverunt pedibus meis, & incurvaverunt animam meam: foderunt coram me foveam, & inciderunt ipsi in eam.

8 Paratum est cor meum, Deus, paratum est cor meum: benedicere & Psalmos
‖ Arm. dicere tibi ‖est gloria mea.
sunt. 9 *Exurge gloria mea, exurge Psalme
* Arm. & hymno, & ego exurgam diluculò.
exurgite 10 Confitebor tibi in populis, Domine, & Psalmos dicam tibi in gentibus.

11 Magna fuit usque ad Cœlos misericordia tua, & usque ad nubes veritas tua.

12 Exaltatus es tu in Cœlis, Deus, & in tota terra est gloria tua.

Psal LVIII.

NUm verè justitiam loquebamini, & rectum judicabatis, filii hominum?

2 Quoniam quidem in corde vestro iniquitatem operamini.

3 In

3 In terra iniquæ manus veſtræ conſtitutæ ſunt.

4 Alienati fuerunt peccatores à matre, decepti fuerunt ab utero, & loquuti ſunt mendacium.

5 Furor iis ſecundùm ſimilitudinem ſerpentis, ſicut aſpidis & baſilici qui obthurant aures ejus,

6 *Nè audiat ipſe vocem venifici ſagacis, & nè capiat medelam a †medico perito.

7 Deus conteret dentes eorum in oribus ſuis, & mandibulas leonum confregit Dominus.

8 Contemnentur ipſi ſicut aqua effuſa: quum intenderit arcum ejus, infirmabuntur.

9 Sicut cera quando liquet, & conſumentur: cecidit ignis, & non viderunt ſolem,

10 Priuſquam perceperit ſpinas ſuas, & ſicut crudelis iracundiâ vivos comburet eos.

11 Lætabitur juſtus cùm viderit tribulationem, & manus ſuas lavabit in ſanguine peccatoris.

12 Et dicet homo ſi utique ſit fructus juſto, utique eſt Deus qui judicat eos in terra.

* Arm. *ut non.*
† Arm. *remedium adminiſtrantes.*

Psal. LIX.

LIbera me ab inimicis meis; ab iis qui insurrexerunt in me conserva me.

2 Libera me ab iis qui operantur iniquitatem, ab humani sanguinis effusoribus conserva me.

3 Captare animam meam voluerunt & irruerunt in me fortes.

4 Non peccata mea, neque transgressiones mea: absque peccato cucurri, & rectus fui.

5 Surge è regione mihi, & vide tu Domine virtutum, Deus Israelis.

6 Respice & visitia omnes gentes, nè miserearis omnibus qui operantur iniquitatem.

7 Convertentur cum vespera, famem patientur ut canes, & circumibunt civitatem.

8 Ipsi loquentur oribus suis, & gladius est in labiis eorum, attamen quis audivit hoc.

9 Quoniam tu Domine deridebis eos. & contemnes omnes gentes,

10 Fortitudinem meam apud te custodiam, quia Deus adjutor meus es.

11 Deus

11 Deus meus, misericordia ejus prævenìet me.

12 Et Deus meus ostendet mihi super inimicos meos.

13 Nè occidas eos, ut non obliviscantus populos tuos: dispergè illos virtute tua, & destrue eos, quoniam tu es protector meus, Domine.

14 Peccata oris eorum, & verba labiorum ipsorum, & corruerint ipsi in superbia sua, in execrationes & mendacia tradentur in fine, furore consumentur & non invenientur.

15 Scient quod Deus dominatur Iacobo, & omnibus finibus terræ, convertentur cum vespera. famem patientur ut canes & circumibunt civitatem.

16 Ipsi dispergentur ad manducandum, postea si non saturati fuerint murmurabunt.

17 Ego cantabo laudes Domino, & exultatione replebo diluculò misericordiam tuam.

18 Fuit meus protector, & domus refugii: in die angustiæ meæ susceptor meus.

19 Tibi Psalmos dicam, Deus, refugium meum, Deus misericordiæ meæ.

Psalmus

Psal. LX.

DEus, repulsisti nos, & destruxisti nos, iratus es, & misericors eris nobis.

2 Commovisti terram, & conturbasti eam, sana contritiones ejus quia commota est.

* Arm. *duritiem*

3 Ostendisti populo tuo *dura, & dedisti nobis bibere vinum insipientiæ.

‖ Arm. *tuis.*

4 Dedisti metuentibus ‖ te vexillum, ut conserventur è facie arcus.

5 Sicut liberati sunt dilecti tui, serva dextera tua & exaudi nos.

6 Deus locutus est ex sanctitate sua, lætabor & dividam sechim, & vallem tabernaculorum dimetiar.

7 Meus est Galajad, & meus est Manasses Ephrem protector capitis mei : Juda rex meus

8 Moab pelvis spei meæ in Edom dirigam gressus meos, & mihi alienigenæ subditi fuerunt.

9 Quis portabit me in civitatem munitam quis deducet me usque in Edom, nisi tu, Deus, qui repulisti nos? & non fuisti Deus, cum exercitu nostro.

10 Da nobis auxilium in angustiâ, quoniam vana est salus hominis. 11 Per

11 *Per Deum faciemus virtutes, & ipſe contemnet eos qui anguſtiis urgent nos

* Arm. *caſus eſt inſtrum*

Pſal LXI.

AUdi Deus orationes meas & reſpice ad orationes meas.

2 Finibus terræ clamavi ad te uſque dum anxiaretur cor meum.

3 Super petram exaltaſti me, & deduxiſti me, & mea fuiſti ſpes, & turris fortis fuiſti mihi, è facie inimici.

4 Habitabo ego in tabernaculis tuis in ſeculum, & abſconditus ero cum umbrâ alarum tuarum.

5 Tu Deus audiſti orationes meas, dediſti hæreditatem (iis) qui timent è nomine tuo.

6 Dies dierum adieciſti regis annis, dies à generatione uſque in generationem,

7 Peruſtit & manet in æternum coram Deo.

8 Miſericordiam & veritatem qui requirent ab eo?

9 Sic Pſalmum dicam tibi in ſecula ſeculorum, & dabo tibi orationes meas in dies.

Pſalm.

Pſal. LXII.

ATqui ſoli Deo ſubjicere anima mea, quoniam ab ipſo eſt mihi ſalus.

2 Ipſe eſt Deus meus & ſalvator meus, refugium meum ut non commovear amplius.

3 Uſque quò exurgitis adverſus hominem ad interficiendum, univerſi velut murus obliquus, & macceria depulſa.

4 Veruntamen ſolummodo honorem meum cogitarunt repellere à me, & cucurrerunt in *ſite ſua.

* Arm. *pluraliter.*

5 Oribus ſuis benedicebant, & cordibus ſuis execrabantur.

6 Veruntamen Deo ſubjecta eſto, anima mea, quoniam ab ipſo eſt mihi tolerantia.

7 Ipſe eſt Deus meus, & ſervator meus ut non commovear.

8 In Deo eſt virtus mea, & gloria mea, Deus auxilii mei, ſpes mea eſt apud Deum:

9 Sperate in eo omnes congregationes populorum, effundite coram eo corda veſtra, quoniam Deus adjutor eſt noſter in ſecula temporum.

10 Veruntamen inanes ſunt filii hominum,

num, mendacium sunt filii hominum, in stateris suis deliquerunt, & ipsi in vanitate sunt simul.

11 Nè speretis in iniquitate, & rapinam nè desideretis, & magnitudo si * affluat nè propendant corda vestra.

* Arm. *fluvio veniat.*

12 Semel loquutus est Deus, & bis hoc audivimus.

13 Dei est virtus, & tui est, Domine, misericordia, & tu rependis unicuique juxta opera ejus.

Psal. LXIII.

DEus, Deus meus, ego ad te diluculò exurgo, sitivit ad te anima mea, quàm tenuis etiam & caro mea.

2 Sicut terra infructuosa & inaquosa, ubi non est in ea via.

3 Sic in sanctis apparebo tibi, quum videro virtutem tuam & gloriam tuam.

4 Quoniam melior est mihi misericordia tua quàm vita mea, & labia mea laudabunt te.

5 Sic benedicam te in vita mea, & in nomine tuo levabo manus meas.

6 Sicut adipe ubertatis replebitur anima mea, & labiis exultationis laudabit te os meum.

7 Si enim recordabar te in lecto meo, summo mane loquebar tecum.

8 Quoniam fuisti adjutor meus, in umbra alarum tuarum exultabo.

9 Secuta est te anima mea, & me suscepit dextera tua.

10 Et ipsi gratis quæsierunt animam meam, introibunt sub profundis terræ.

11 Tradentur in manus gladii, & portiones vulpium erunt.

12 Rex speravit in Domino, laudabuntur omnes qui jurant per eum: obstruentur ora eorum qui loquuntur iniquitatem.

Psalm. LXIV.

AUdi, Deus, orationes meas cum supplicavero ad te, à timore inimici libera animam meam.

2 Abscondes me à congregationibus malorum, à multitudine *(eorum)* qui operantur iniquitatem.

3 Qui exacuerunt ut gladium linguas suas, intenderunt arcus suos in rebus exasperationis ad jaculandum in absconditis eos qui recti sunt cordibus.

4 Ex improviso sagittabunt eos & non timebunt qui confirmaverunt in animis suis verba malitiæ. 5 Co-

5 Cogitarunt occultare mihi laqueos, & dixerunt non videt hoc Dominus.

6 Scrutati ſunt iniquitatem & præparati ſunt ad ſcrutandum ſcrutinium.

7 Accedet homo in profunditate cordis ſui, & exaltabitur Deus.

8 Sagittæ puerorum erunt plagæ eorum, infirmabuntur in iis linguæ eorum.

9 Et conturbati ſunt omnes qui intuebantur eum in iis

10 Timuit omnis homo, & annuntiaverunt opera Dei, facta ejus intellexerunt.

11 Lætabitur juſtus in Domino, & ſperabit in eo, & *per illum laudabuntur omnes qui recti ſunt cordibus. * Arm. caſu et inſtrum.

Pſal. LXV.

TE decet laus, Deus, in Sion, & tibi dabuntur orationes in Jeruſalem.

2 Audi orationes meas, quoniam ad te omnis caro veniet.

3 Verba iniquorum prævaluerunt ſuper nos & impietates noſtras tu expias.

4 Beatus (is eſt) quem elegiſti & ſuſcepiſti, & habitabunt in atriis tuis.

5 Replebimur nos bonitate domus tuæ, ſanctum eſt templum tuum, mirabile æquitate.

6 Audi nos, Deus, conſervator noſter, ſpes omnium finium terræ, & (eorum) qui in mari longè ſejuncto.

7 Qui præparat montes virtute ſuâ, & indutus eſt virtute.

8 Qui ad conturbationem excitat magnitudinem maris, & ſonitum fluctuum ejus lenit.

9 Conturbatæ erunt gentes, & timebunt incolæ terræ à ſignis tuis, ab exitu auroræ cum veſpera delectabuntur.

10 Reſpexiſti ad terram inebriâſti eam, & multipicâſti copiam ejus, flumen Dei repletum eſt aquis, parâſti cibum ejus: quoniam hujuſmodi eſt præparatio, rivos ejus inebriâſti, & multiplicâſti radices ejus.

11 Dum roraverit ille lætabitur germen ejus.

12 Benedicta erit Corona anni bonitatis tuæ, campi tui replebuntur fertilitate.

13 Pinguescent ſpecioſa deſerti, colles exultatione induent.

14 Et induti erunt arietes ovium valles abundabunt frumento, clamabunt & laudabunt.

Pſal.

Psal LXVI.

1 ORate ad Dominum universa terra, Psalmos dicite nomini ejus, & date gloriam laudi ejus.

2 Dicite Deo, quàm terribilia sunt opera tua in multitudine virtutis tuæ mentientur tibi inimici tui.

3 Universa terra *adorabit te, & Psalmos † licet nomini tuo.

4 Venite & videte opera Dei, quàm terribilis consilio, plùs quàm omnes filii hominum.

5 Qui convertit mare in aridam, & per fluvios transierunt pedites.

6 Ibi lætabimur nos in eo, qui dominatur virtute suâ in sæcula oculi ejus in gentes respiciunt, qui amarum reddunt eum non exaltabuntur in animis suis.

7 Laudate gentes Deum nostrum, & auditam facite vocem laudis ejus.

8 Ipse (est) qui posuit animam meam in vita, & non dedit tredationem pedibus meis.

9 Liberâsti nos Deus, & probâsti, quemadmodùm probatur argentum.

* Arm. adorabunt. † dicent.

10 Demiſiſti nos in laqueum, & poſuiſti afflictionem in dorſis noſtris.

11 Et tranſire feciſti homines ſuper capita noſtra, tranſivimus per ignem & per aquam, & eduxiſti nos in requiem.

12 Introibo in domum tuam ſacrificiis, dabo tibi votum meum, quod promiſerunt tibi labia mea.

13 Et quod os meum loquutum eſt in tribulatione.

14 Holocauſta medullata offeram tibi
* Arm. plur. arietibus & *thure, & tibi offeram vitulos & hircos.

15 Venite, audite me, & narrabo vobis omnibus qui timetis Deum, id quod fecit anima mea.

16 Ad eum ore meo clamavi, & exaltavi eum linguâ meâ.

17 Iniquitatem ſi aſpiciebam in corde meo, nè exaudiat me Dominus.

18 Propterea audivit me Deus, & reſpexit ad vocem poſtulationum mearum.

19 Benedictus eſt Deus qui non elongavit orationes meas, neque miſericordiam ſuam à me.

Pſalm.

Pſal LXVII.

DEus miſerere noſtri & benedic nobis, exhibe vultum tuum ſuper nos, & miſerere noſtri.

2 Ad cognoſcendum in terrâ viam tuam, in nationibus omnibus ſalutem tuam. * Arm. *Cognoſcere.*

3 Confitebuntur ad te populi, Deus, confitebuntur ad te populi omnes.

4 Lætabuntur & exultabunt gentes, quoniam ju dicas populos in rectitudine, & gentes terræ tu ducis.

5 Confitebuntur ad te populi, Deus, gratias agent de te populi omnes.

6 Terra dedit fructum ſuum, & benedixit nobis Deus, Deus noſter.

7 Deus noſter benedicet nos, & ab eo timebunt omnes fines terræ.

Pſal. LXVIII.

EXurgat Deus, & diſſipentur omnes inimici ejus.

2 Mutentur odores ejus à facie ejus.

3 Sicut deficit fumus, deficiant, ſicuti liquefit cera coram igne, ſic pereant peccatores à facie Dei. 4 Juſti

4 Justi lætabuntur & exultabunt coram Deo, & oblectabuntur in lætitiâ suâ.

5 Laudate Deum, & psalmos dicite nomini ejus, semitam facite ei qui sedet apud sanctis introitum, & Dominus est nomen ejus.

6 Exultabunt coram eo, & conturbabuntur à facie ejus.

7 Qui pater est orphanorum, & judex viduarum, Deus in loco sanctitatis suæ.

8 Deus inhabitare facit * solitarios in domo, & educit vinctos in fortitudine suâ, sic etiam exasperantes, qui habitant in sepulchris.

* Arm. *Monach vel religiosi.*

9 Deus, cùm egrederetur coram populo tuo, & cùm pertransires per desertum terra commota est, etenim & cœli distillaverunt à facie Dei, in Sinai, à facie Dei Israelis.

10 Pluviam voluntatis præparâsti Deus, hæreditati tuæ, etiamsi infirmata est tamen tu confirmâsti eam.

11 Et terræ tuæ habitabunt in eâ, parâsti dulcedine tua pauperi, Deus.

12 Dominus dabit verbum iis qui evangelizant virtute multâ.

13 Rex virtutum dilecti, species domus tuæ dividere in spolio.

14 Etiamsi

14 Etiamsi dormieritis in medio sortium, pennæ columbæ deargentatæ, & dorsum ejus in colore auri.

15 Dum congregat cœlestis reges super eam, nive dealbabitur Salmon.

16 Mons Dei, Mons *Ararat*, mons lacteus & mons fertilis.

17 Et quid suspicamini montes excelsi mons apud quem contentus est Deus habitare in eo, etenim & Dominus etiam habitabit in eo perpetuò.

18 Currus Dei decies millies decena millia protectores recti & Dominus in iis e Sinai sanctitatis suæ.

19 Ascendit in excelsa, & captivam duxit captivitatem, accepit spolium, obtulit oblationem, etiam & dedit filiis hominum, quoniam etiam cum incredulis habitabit in eâ.

20 Dominus Deus benedictus, benedictus Dominus per totam diem, ducet nos Deus redemptor noster.

21 Deus noster Deus vivificator, & à Domino sunt exitus mortis.

22 Veruntamen Deus confringet capita inimicorum nostrorum, & vertices capilli eorum) qui perambulant in iniquitatibus suis.

23 Dixit

22 Dixit Dominus: in abyſſos profundas convertam, & è medio fluctuum, eum in campis potentem reddam.

24 Ut intinga[tur] pes tuus in ſanguine, & linguæ canum tuorum in ſanguine inimicorum tuorum.

25 Apparuerunt greſſus tui, Deus, greſſus regis noſtri ſancti.

26 Prævenerunt principes adducere laudem, in medio preconum & laudantium.

27 In eccleſiis laudate Deum, & Dominum de fontibus Iſraelis.

28 Ibi Benjamin in pueritiâ admirabilis, principes Juda duces ejus, principes Zabolon & principes Nephtalim.

29 Præcipe, Deus, per potentiam tuam, confirma hoc quod ſtatuiſti in nobis.

30 A templo tuo in Jeroſolymâ, tibi offerent reges munera.

31 Increpa feram arundineam in congregationibus vitulorum, & in choris ſacerdotum: * reprobentur ii qui ſelecti ſunt argento, diſſipa gentes, & eos qui volunt bellum.

32 Venient angeli ex Ægypto, Indi primò manus dabunt † Deo.

33 Regiæ dignitates terræ laudate Deum, &

* *Vide Luc.* 17.25.

† Arm. *Ad Deum.*

& Pſalmos dicite Domino, viam præparate ei qui ſedet in cœlis cœlorum apud orientem.

34 Ecce dabit vocem ſuam voci fortitudinis, & date gloriam Deo.

35 Super Iſrael magnificentia ejus, & fortitudo ejus uſque ad nubes cœli.

36 Mirabilis eſt Deus ſuper ſanctos ſuos, Deus Iſraelis, ipſe dabit virtutem & confirmationem populo ſuo, benedictus eſt Deus.

Pſal. LXIX.

SErva me, Deus, quoniam advenerunt aquæ animæ meæ.

2 Cecidi ego in profunda abyſſorum, ubi non eſt mihi quies: veni ego in profunda maris, & fluctus demerſerunt me.

3 Feſſus ſum clamando, & raucedine laboravit * guttur meum, defecerunt oculi mei, dum ſpem collocarem apud Dominum Deum meum.

* Arm. *pluraliter.*

4 Multiplicati ſunt plus quam cæſaries capitis mei qui odio habebant me abſque cauſa, prævaluerunt in me inimici mei, & oſores mei gratis, quod non rapuiſſem exolvebam iis.

5 Deus

5 Deus tu cognovisti insipientiam meam, & transgressiones meæ a te non absconditæ sunt.

6 Non erubescent propter me qui expectant te, Domine, Dominus virtutum, & non confundentur propter me, qui quærunt te, Deus Israel.

7 Propter te sustinui opprobria, & operuit pudor vultum meum.

8 Exterus fui fratribus meis, & peregrinus filiis matris meæ.

9 Zelus domus tuæ comedit me, & opprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me.

10 Humiliavi vigiliis animam meam, & fuit mihi hoc in opprobrium.

11 Feci vestimentum meum cilicium, & fui in parabolam iis.

12 De me cogitârunt qui sedebant ad portam, & me derisui exponebant qui bibebant vinum.

13 Ego in orationibus stabam apud te, Domine, in tempore accepto, Deus in multitudine misericordiæ tuæ audi me, in veritate salutis tuæ.

14 Serva me & vivifica nè demergar, (&) salvus fiam ab osoribus meis, & à profundis aquarum multarum.

15 Nè

15 Nè demergant me gurgites aquarum, & nè demergant me abyssi profunderum, & puteus ne claudat os suum super me.

16 Auribus me, Domine, quoniam jucunda est misericordia tua, secundùm abundantem miserationem tuam respice in me.

17 Et nè avertas faciem tuam à servo tuo quoniam angustiis arctatus sum ego, velociter audi me.

18 Respice ad animam meam, & libera me, & propter inimicos meos conserva me.

19 Quoniam tu scis opprobria mea, pudorem meum, & confusiones meas in conspectu tuo sunt omnes oppressores animæ meæ.

20 Opprobria expectavit cor meum, & miseriam, * expectabam si quis contristaretur mecum, & nullus fuit, & consolator mihi non inventus est. * Arm. *oculum ponebam*

21 Dederunt in escam mihi fel, & in siti meâ potum acetum ministrarunt acetum.

22 Sint mensæ eorum coram ipsis in laqueum, in retributionem & in scandalum.

23 Tenebrescant oculi eorum nè videant, & scapulas eorum semper incurva.

24 Projicies super eos iram tuam, & furor iræ tuæ veniet super eos. 25

25 Fiant habitationes eorum desertum, & in tabernaculis eorum nemo sit qui inhabitet.

26 Quoniam quem tu percussisti insectati sunt, & super dolores meos addiderunt.

27 Apponi peccata super peccata eorum, ut non intrent in justitiam tuam.

28 Deleantur ipsi è scripturâ tuâ vitæ, & cum justis tuis nè scribantur.

29 Pauper & dolens sum ego, salus tua, Deus susceptit me.

30 Laudabo nomen Dei mei laude, & exaltabo eum laudatione.

31 Gratius erit Deo plus quàm vitulus oblatus qui producit cornua & ungulas.

32 Videbunt pauperes & lætabuntur, quæritе Deum & vivent animæ vestræ.

33 Quoniam audivit Deus inopes, & vinctos suos non despexit.

34 Laudabunt eum cœli & terra, mare & quodcunque reptat in iis.

35 Deus servat Sion, & ædificabuntur civitates Judææ, ædificabunt, habitabunt & hæreditario possidebunt eam.

36 Semen servorum tuorum firmabitur ibi, & qui diligunt nomen tuum habitabunt in eâ.

Pſal. L X X.

DEus ad adjuvandum me intende, & ad protegendum me feſtina.

2 Erubeſcent & pudore afficientur qui quærunt animam meam: avertentur retro & pudore afficientur qui volebant mihi malum.

3 Avertentur confeſtim erubeſcentes, qui dicebant mihi, Euge, euge.

4 Exultabunt & lætabuntur in te omnes qui quærunt te, Domine, dicent in omni tempore, Magnus eſt Deus, & qui diligunt ſalutem tuam.

° 5 Ego pauper & inops ſum, Deus adjuva me, adjutor & liberator meus es tu, & Dominus meus, nè moram facias.

Pſal L X X I.

IN te, Domine, ſperavi, non erubeſcam in æternum.

2 In juſtitiâ tuâ libera me & ſerva me, inclina ad me aurem tuam, & vivifica me.

3 Eſto mihi, Deus, refugium, & locus munitus ad conſervandum me. quoniam ſtabilitas mea & refugium meum tu es.

4 Deus

4 Deus meus libera me è manibus peccatoris, è manibus iniqui & impietatis.

5 Tu es expectatio mea, Domine, Dominus spes mea a juvent * e meâ.

6 In te confirmatus fui ego ex utero, de ventre matris meæ tu es refugium meum, & apud te est * adjutorium meum in omni tempore.

7 Tanquam prodigium fui ego multis, & tu adjutor meus & pugil meus.

8 Replebitur os meum laude, ut benedicam gloriam tuam totâ die magnificentiam tuam.

9 Nè proficias me in tempore senectutis, quum defecerit virtus mea nè relinquas me.

10 Dixerunt inimici mei mihi, & qui obsiderunt animam meam, consilium inierunt simul & dixerunt,

11 Deus dereliquit eum, persequemini & attingite eum, quoniam nemo est qui liberet eum.

12 Deus meus nè elongeris à me, Deus ad adjuvandum me attende.

13 Erubescant & deficiant qui mala loquebantur de animâ meâ: induantur pudore & confusione qui quærebant mihi malum.

14 Ego

* Forsan Orchnouthi legendum est pro orchnouthi sic enim He & Gr.

14 Ego in omni tempore ſperabo, & adjiciam ad laudes tuas.

15 Os meum annunciabit juſtitias tuas tota die laudes tuas.

16 Tanquam (in) infantia omninò non cognoveram ego literaturam, introibo in potentia Domini, Dommine commemoravi juſtitiam tuam ſolummodò.

17 Deus docuiſti me à juventute mea, propterea annuntiabo juſtitiam tuam.

18 Uſque dum ſeneſcam & grandævus ſim, Deus meus nè derelinquas me, donec annuntiem brachium tuum omnibus generationibus ſucceſſuris.

19 Fortitudinem tuam & juſtitiam tuam ad excelſa, quæ feciſti magnalia: Deus, quis ſimilis eſt tibi.

20 Quam multam oſtendiſti mihi tribulationem & mala, converſus es (&) vivificaſti me, & è profundis abyſſis terræ eduxiſti me.

21 Frequentaſti potentiam tuam, converſus es & conſolatus es me, & è profundis terræ ſemel eduxiſti me.

22 Propterea etiam confitebor tibi in præparatione pſalmorum, vere Deus, pſalmos dicam tibi laude, ſancte Iſraelis.

23 Exultabunt labia mea quum pſalmos

dicam tibi, & anima mea quam liberaſti.
24 Etiam & lingua mea tota die eloquetur juſtitiam tuam, in tempore quo pudore afficientur & erubeſcent qui cogitabant mihi malum.

Pſal. LXXII.

DEus, judicia tua principi da, & juſtitiam tuam filio regis.
2 Ut judicet populos tuos juſtitiâ, & pauperes tuos judiciis.
3 Suſcipiant montes pacem populo, & colles juſtitiam.
4 Judicabit pauperes populi, & ſervabit filios inopum, & humiliabit ſuperbos.
5 Stabit & permanebit cum ſole ante lunam à generatione uſque in generationeu.
6 Deſcendet ſicut pluvia in vellus, & ſicut res quandò rorat in terram.
7 Orietur in diebus ejus juſtitia, & multa pax uſque dum deſierit luna.
8 Dominabitur ipſe à mare uſque ad mare, & à fluminibus uſque ad terminos orbis.
9 Coram illo primò Indi procident, &

& inimici ejus pulverem comedent.

10 Reges Tarsis & insularum munera offerunt ei, Reges Arabiæ & Sabæ munera ferunt, ei.

11 Adorabunt eum omnes Reges terræ & omnes generationes servient ei.

12 Quoniam liberavit pauperem à potente, pauperem & egenum cui non erat adjutor.

13 Liberabit ipse pauperem & inopem, & animas inopum servabit.

14 E usuris pravis liberabit animas eorum, prætiosum est nomen ejus coram illis.

15 Vivet & dabitur ei de auro Arabum, in orationibus stabunt coram eo in omni tempore, & tota die benedicent illi.

16 Erit firmitas in tota terra & super cacum in montium, exaltabitur plus quam Libanus fructus ejus, & flores emittet de civitate Domini sicut herbam terræ.

17 Sit nomen Domini benedictum in æternum, quoniam prius quàm sol est nomen ejus, in ipso benedicentur omnes generationes terræ, & omnes gentes laudabunt eum.

18 Benedictus Dominus Deus Iſraelis qui facit mirabilia ſolus.

19 Et benedictum eſt nomen ſanctum gloriæ ejus in æternum, replebitur gloriâ ejus tota terra, fiat, fiat.

Pſal. LXXIII.

QUam bonus eſt Iſraeli Deus, & (iis) qui recti ſunt cordibus.

2 Sed quantum ad me paulò minùs commoti erant pedes ferè etiam vacillabant greſſus mei.

3 Zelavi ego cum iniquis, pacem peccatorum cum viderem.

4 Quoniam non eſt terminus morti eorum.

5 Confirmata ſunt tormenta eorum, in laboribus hominum non ſunt ipſi, & apud homines non cruciabuntur.

6 Propterea cœpit eos ſuperbia, amiciverunt ſeſe impietate & iniquitate ſua.

7 Probat quaſi adeps *iniquitas eorum quoniam ambulaverunt ipſi ſecundùm cogitationes cordium ſuorum.

8 Cogitaverunt & loquuti ſunt nequitiam, & pravitatem in excelſis loquuti ſunt.

9 Poſuerunt

9 Poſuerunt in cœlum ora ſua, & linguas ſuas tranſtulerunt circa terram.

10 Propterea populus meus conveatatur huc, & dies mei completi inveniantur in iis.

11 Dicent igitur quomodò cognovit Deus, vel an ſit utiquè cognitio apud excelſum.

12 Ecce peccatores ſunt & fœlicitas eſt iis, apprehenderunt & acceperunt divitias orbis.

13 Dixi, fruſtrà juſtificari cor meum, lavi ſanctitate manus meas.

14 Ei fui flagellatus tota die, & objurgationes meæ apud matutinum.

15 Etiamſi etiam dicerem quod ſic narrabo, eccè generatio filiorum tuorum, & quæ vovi in mente poſui.

16 Etiamſi etiam hic conatus eſt coram me, uſque dum intrem in ſanctitatem Dei, & intelligam finem eorum.

17 Tamen propter dolum eorum exemplum facies eos, & perdes eos in innumetabilitate ſua.

18 Sed quamobrem fuerunt in deſolationem.

19 Inopinato perditi ſunt, defecerunt, perierunt propter iniquitatem ſuam.

20 Et fuerunt ſicut ſomnia expergefactorum, Domine in civitate tua ſimulachra eorum deſpicies.

21 Quoniam ignis accenſus eſt in corde meo, & renes mei commutati ſunt.

22 Ego contemptus ſui, & non cognovi.

23 Et jumentum exiſtimatus ſui coram te, & ego in omni tempore tecum ſum.

24 Comprehendiſti dextram manum meam, in conſiliis tuis deduxiſti me & gloriâ ſuſcepiſti me.

25 Quid exiſtit mihi uſquam in cœlis, vel à te quid quæram in terra.

26 Defecit cor meum & caro mea: Deus cordis mei, portio mea Deus in æternum.

27 Eccè qui elongant animas ſuas à te, peribunt, perdes omnes qui rebelles facti ſunt à te.

28 Mihi, accedere ad Deum bonum eſt, & ponere apud Dominum ſpem meam, enarrare omnes laudes tuas in portis filiæ Sion.

[Pſal. LXXIV.

QUare repuliſti, Deus, perpetuò? iratus eſt furor tuus ſuper ovim paſcui tui?

2 Recordare populi tui quem poſſidiſti ab initio, liberâſti ſortem hæreditatis tuæ, Mons Sion is (eſt) ubi habitâſti in eo.

3 Eleva manum tuam ſuper ſuperbiam eorum ſemper, quantum iniquè fecit inimicus in ſanctitatem tuam?

4 Gloriati ſunt oſores tui in medio ſolennitatis ſuæ.

5 Poſuerunt ſigna ſua in ſigna, & ipſi non cognoverunt exitium deſuper.

6 Sicut in ſilva ſecuribus exciderunt januas ejus, ſimul ſecuribus & aſciis proſtraverunt eam.

7 Combuſſerunt in igne ſanctitatem tuam in terrâ, & polluerunt tabernaculum nominis tui.

8 Dixerunt in cordibus ſuis generatio eorum ſimul, venite, quieſcere faciamus omnes ſolennitates Dei à terrâ.

9 Signa nos omninò non vidimus, neq; etiam fuit propheta, & nos omninò nemo cognoſcet.

10 Uſquequò, Deus, contumelioſè ſe geret inimicus, & ad iracundiam excitabit nomen ſanctum tuum.

11 Quare avertis manum tuam, & dexteram tuam de medio ſinu tuo perpetuò?

12 Deus, rex noſter ante ſecula, qui o-

peratus eſt ſalutem in medio terræ.

13 Tu confirmâſti potentiâ tuâ mare, tu confregiſti caput draconis ſuper aquas.

14 Tu contriviſti caput draconis, & dediſti eum eſcam exercitibus Indorum.

15 Tu effluere feciſti fontes & ſtagna, tu exſiccaſti fluvios vehementes.

16 Tuus eſt dies, & tua eſt nox: lucem & ſolem tu feciſti, & tu ſtatuiſti omnes fines terræ.

17 Ver & æſtatem tu creâſti, hoc in memoriâ ſit tibi quod inimicus improperavit (*tibi*) Dominе.

18 Populus inſipiens ad iram provocavit nomen tuum.

19 Nè tradas feris animam quæ confitetur apud te, & animas pauperum nè obliviſcaris perpetuò.

20 Reſpice in votum tuum, quia repletæ ſunt domus raptorum, in terrâ, iniquitate.

21 Nè revertatur inops confuſus, ſed pauper & inops laudabunt nomen ſanctum tuum.

22 Exurge, Deus, & judica judicium tuum, memor ſis probrorum quæ ab inſipiente tota die.

23 Nè obliviſcaris vocem cultorum tuorum,

orum, ſuperbia oſorum tuorum aſcendet quotidiè.

Pſal. LXXV.

COnfitebimur * tibi, Deus, confitebimur & invocabimus nomen ſanctum tuum.

2 Narrabo omnia mirabilia tua, cùm tempus accepero, ego rectè judicabo.

3 Conſumta eſt terra & omnes habitatores ejus ego confirmavi columnas ejus.

4 Dixi iniquis, nè iniquè agatis, & peccatoribus, nè extollatis cornua veſtra.

5 Nè elevetis in altum cornua veſtra, & nè loquamini de Deo pravitatem.

6 Quoniam non ab oriente neque ab occidente, neque à deſertis montibus.

7 Sed Deus judex eſt, hunc deprimit, & illum extollit.

8 Calix in manu Domini vini plenus, impermixtus, & declinavit ab hoc in illum, veruntamen fæx ejus non erit exinanita.

9 Et bibent eam omnes peccatores terræ.

10 Ego exultabo in æternum, pſalmos dicam Deo Jacob.

11 Omnia cornua peccatorum confringes, & exaltabitur cornu juſti.

Pſal.

Psal. LXXVI.

NOtus est in Judæâ Deus, & in Israel magnum est nomen ejus.

2 Fuit pax loco ejus, & habitatio ejus in Sion.

3 Ibi confregit Deus potentiam arcus, frameam, gladium & bellum.

4 Lumen exhibes tu mirabiliter, montibus æternis, conturbati sunt omnes qui insipientes sunt cordibus.

5 Dormierunt somnos suos, & nihil invenerunt, omnes viri in divitiis manuum suarum.

6 Ab increpatione tuâ, Deus Jacobi, consopiti sunt qui insidebunt equis.

7 Tu terribilis es, & qui potest consistere coram te?

8 Sicuti apparuisti tu in cœlis innotuit ira tua, terra timuit & glaciata est.

9 Cùm exurgeret Deus in judicium, ad servandum omnes mansuetos terræ.

10 Cogitationes hominis confitentur ad te, & occulta sapienter laudabunt te.

11 Vovete & persolvite Domino Deo nostro, omnes qui circundatis eum, afferte sacrificium terribili qui decerpit capita principum.

Psalm

Pſal. LXXVII.

VOce meâ ego ad Dominum clamavi, voce meâ ad Deum, & reſpexit ad me.

2 In die anguſtiæ meæ Deum quæſivi, manibus meis in nocte ante eum, & non deceptus fui, non voluiſti conſolari anima mea.

3 Recordatus ſum Deum, & lætificatus fui, occupata erat, & deficiebat ſpiritus meus.

4 Anticipaverunt vigilias oculi mei, turbatus ſum & non loquutus ſum.

5 Cogitavi dies antiquos, & annos æternos recordatus ſum.

6 Loquutus ſum in nocte cum corde me, occupatus eram, & afflicta erat in me anima mea.

7 Num in æternum repellet me, Dominus, neque adjiciet ut contentus ſit?

8 Vel etiam in perpetuum detinebit miſericordiam ſuam à me, vel deficere fecit verbum ſuum à generatione uſque in generationem.

9 Vel oblitus eſt miſereri Deus meus, vel detinebit miſericordiam irâ ſuâ.

10 Dixi

10 Dixi & nunc cepi, hoc est immutatio dexteræ excelsi.

11 Memini opera Domini à principio memini irabilia ejus.

12 Meditatus sum in omnibus operibus tuis & in factis suis meditatus sum.

13 Deus in sanctitate sunt viæ tuæ, quis est Deus magnus sicut Deus noster?

14 Tu es Deus qui facis mirabilia, notam fecisti populo tuo virtutem tuam.

15 Liberasti brachio tuo populum tuum, filios Jacob & Joseph.

16 Vidernt te à quæ, Deus, viderunt te apuæ & timuerunt, & abyssi turbatæ sunt è voce aquarum multarum.

17 Vocem dederunt nubes, quoniam etiam sagittæ tuæ prodeunt è voce tonitrum tui terribilis apparuerunt corruscationes tuæ finibus *terræ* conturbata est & contremnit.

18 In mari sunt viæ tuæ, semitæ tuæ in aquis multis, & vestigia tua non apparens, deduxisti sicut ovim populum tuum per manum Moysis & Aaron.

Pſal. LXXVIII.

ATtendite populi ad leges meas, inclinate aurem veſtram ad verba oris mei.

2 Aperiam parabolis os meum, loquar parabolas ab initio.

3 Sicuti audivimus & cognovimus hoc, & patres noſtri narraverunt nobis.

4 Nihil occultatum eſt à filiis eorum, à generatione in alteram narrando laudes Domini, & mirabilia ejus quæ fecit.

5 Stabilivit teſtimonium ſuum apud Jacobus, & legem poſuit ſuper Iſrael, quam ſemel mandavit patribus noſtris ut enarrarent illam filiis ſuis.

6 Ut cognoſcerent à generatione in alteram, filii qui naſcentur exurgent, & enarrabunt eam filiis ſuis.

7 Ut ponant apud Deum ſpem ſuam, & non obliviſcantur opera Dei, mandata ejus quærendo quærent.

8 Et non erunt ſicut patres ſui, generatio prava & exaſperans, generatio quæ non direxit cor ſuum, & non ſtabilivit apud Deum ſpiritum ſuum.

9 Filii Ephraim intendentes & jaculan-

tes

tes in die prælii pharetras converterunt.

10 Non steterunt ipsi in voto Domini, & secundum judicia ejus non voluerunt ambulare.

11 Obliti sunt beneficia ejus, & mirabilia quæ ostendit iis.

12 Coram patribus eorum sua quæ fecit mirabilia in terrâ Ægyptiorum, & in planitie Daianoi.

13 Dirupit mare, & transmisit eos, statuit aquas quasi in utero.

14 Deduxit eos nube in die, & totam noctem in lumine ignis.

15 Dirupit petram in deserto, & dedit iis bibendum sicuti in abysso magnâ.

16 Eduxit aquas de petrâ, & deperfit tanquam flumina aquas.

17 Veruntamen addiderunt ad peccandum, & etiam ad iracundiam concitarunt excelsum in *loco* inaquoso.

18 Tentaverunt Deum in cordibus suis, quærendo escam animabus suis.

19 Murmurârunt contra Deum, & dixerunt, Numquid poterit Deus parare mensam in deserto?

20 Quoniam percussit petram & dispergebantur aquæ, & torrentes profluebant ex eâ.

21 Nunquid

21 Nunquid panem etiam poterit dare nobis, vel præparare mensam populo suo?

22 Propterea audivit hoc Dominus & distulit, ignis accensus est in Jacob, & ira ascendit in Israel.

23 Quia non crediderunt in Deo, & non speraverunt in salute ejus.

24 Mandatum dedit nubibus desuper, januas cœli aperuit, & pluere fecit in eos Manna in cibum.

25 Panem cœlorum dedit iis, panem angelorum comederunt homines, & descendere fecit in eos escam in abundantiâ.

26 Eduxit ventum australem, & attulit virtute suâ aquilonarem.

27 Pluere fecit in eos carnem sicut pulverem, & sicut arenam maris volatilia pennata.

28 Projecit in medio castrorum eorum & circa tabernacula eorum.

29 Manducârunt & saturati sunt valdè desiderium eorum dedit iis, & nihil *defuit desideriis suis.

30 Dum escæ in oribus suis erant, ira Dei descendit super eos, occidit multos ex iis, & electos Israelis perdidit.

31 In hoc toto peccaverunt etiam, & non crediderunt mirabilibus ejus.

32 Defecerunt

32 Defecerunt in vanitate dies eorum, & anni eorum confestim transierunt.

33 Quo tempore occidit eo quærebant eum, convertebantur & manicabant ad Deum, recordati sunt quòd Deus adjutor est eorum.

34 Deus excelsus redemptor est eorum, dilexerunt eum oribus suis, & linguis suis mentiti sunt ei, & corda eorum non erant recta † in iis, & non crediderunt voto ejus.

* Arm. *apud eos*

35 Sed ipse misericors fuit, expiavit peccata eorum & non perdidit, frequens fuit evertendo iram suam, & non accendit omnem iracundiam suam, recordatus est quòd caro sunt ipsi.

36 Spiritus qui egreditur & iterum non redit, quoties exacerbaverunt eum in deserto, & ad iram concitârunt excelsum in *loco* inaquoso.

37 Conversi sunt & tentaverunt Deum, & sanctum Israelis obdurârunt.

38 Non recordati sunt manum ejus, in die quo liberavit eos è manibus oppressorum eorum.

39 Sicut fecit signa & prodigia sua in terrâ, in terrâ Ægyptiorum & in campo Tayanoi.

40 Misit

40 Convertit in ſanguinem flumina eorum,& pluvias eorum, ut non biberent.

41 Miſit in eos muſcam caninam, & comedit eos, & rana corrupit eos.

42 Dedit rubigini fructus eorum, & labores eorum locuſtæ.

43 Percuſſit grandine vineas eorum, & ficulneas eorum pruinâ.

44 Tradidit grandini jumenta eorum, & poſſeſſiones eorum igne judicavit.

45 Miſit in eos iram indignationis ſuæ, iram, indignationem & tribulationem.

46 Miſit in eos cruciatus per manum angeli mali, & fortificavit in eos iram indignationis ſuæ.

47 Non liberavit à morte animas eorum, & jumenta eorum morti tradidit.

48 Percuſſit omnes primogenitos Ægyptiorum, primitias omnium laborum eorum in tabernaculis Cham.

49 Duxit ſicut ovim populum ſuum, & eduxit eos ſicut gregem in deſerto.

50 Duxit eos ſpe & non timuerunt, & inimicos eorum mare operuit.

51 Induxit eos in montem ſanctitatis ſuæ, (in) montem eum quem acquiſivit dextro ejus.

52 Expulit è facie eorum gentes, &

sorte divisit iis sortem hæreditatis suæ & habitare fecit in tabernaculis eorum progeniem Israelis.

53 Tentaverunt exasperaverunt Deum excelsum, & testimonia ejus non custodierunt.

54 Reversi sunt, declinaverunt sicut & patres sui, conversi sunt & fuerunt sicut arcus obliquus.

55 Iterum ad iram concitarunt eum in collibus suis, & simulachris suis ad æmulationem provocaverunt eum.

56 Audivit Deus & contemptu habuit eos, & dispexit valdè Israel.

57 Repulit ab Hierusalem tabernaculum in Silo, tabernaculum quod in habitationem constituit in medio hominum.

58 Tradidit in captivitatem virtutem eorum, & pulchritudinem eorum in manus inimicorum eorum.

59 Concluſit in gladio populum suum, & hæreditatem suam despexit.

60 Juvenes eorum comedit ignis, & propter virgines eorum nemo lamentatus est.

61 Sacerdotes eorum ceciderunt per gladium, & viduas eorum nemo fuit qui luctu secutus est.

62 Susci-

62 Suſcitatus eſt tanquam à ſomno Dominus, & tanquam gigas quando infundit vinum.

63 Percuſſit è tergo inimicos ſuos, & opprobria æterna fecit eos.

64 Repulit ipſe tabernacula Joſephi, & progeniem Ephraemi ille non elegit.

65 Sed elegit ipſe progeniem Judæ, & montem Syon quem ædificavit.

66 Ædificavit ſicut monoceron ſanctuarium ejus in terrâ, ſtabilivit illud in æternum.

67 Elegit David ſervum ſuum, & ſuſtulit eum de grege ovium, è poſtremo natis ſuſcepit eum.

68 Paſcere Jacobum ſervum ſuum, & Iſrael hæreditatem ſuam.

69 Pavit eos in innocentiâ cordis ſui, & in innocentiâ manuum ſuarum duxit eos.

Pſal. LXXIX.

DEus, ingreſſæ ſunt gentes in hæreditatem tuam, polluerunt templum ſanctum tuum.

2 Fecerunt Hieruſalem tanquam pomorum cuſtodiam, projecerunt infantes

ſervorum tuorum volatilibus cœli, & corpora ſanctorum tuorum jumentis terræ.

3 Effuderunt ſanguinem eorum tanquam aquam circa Hieruſalem, & nemo fuit qui ſepelivit eos.

4 Fuimus nos opprobrium vicinis noſtris, riſus & ludibrium illuſoribus iis qui circundabant nos.

5 Uſquequò, Domine, iraſceris tu perpetuò, accendetur velut ignis zelus tuus.

6 Effunde iram tuam in generationes quæ te non noverunt, & ſuper reges qui nomen tuum non invocaverunt.

7 Quia comederunt Jacob, & loca ejus devaſtârunt.

8 Nè recorderis peccata noſtra antiqua, acceleret ad nos miſericordia tua, Domine, quia pauperes facti ſumus valdè.

9 Adjuva nos, Deus, liberator noſter propter gloriam nominis tui.

10 Domine, libera nos, & expia peccata noſtra propter nomen tuum.

11 Nè quando dicant in gentibus, ubi eſt Deus eorum?

12 Sed aliquid innoteſcat ſuper gentibus coram oculis noſtris.

13 Ad requirendam vindictam ſanguinis

13 Ad requirendam vindictam sanguinis servorum tuorum qui effusus est intret in conspectu tuo genitus vinctorum.

14 Secundum magnitudinem brachii tui lucrare tu filios occisorum.

15 Redde vicinis nostris septuplum in sinus eorum, opprobrium quod exprobraverunt tibi Domine.

16 Nos populi & oves pascui tui confitebimur ad te in seculum, à generatione in generationem annuntiabimus laudes tuas. Arm. sing.

Psal. LXXX.

QUi regis Israel, intende, qui ducis velut ovem Joseph.

2 Qui sedes super Cherubinos manifestare coram Ephraim, Benjamin & Manasseh.

3 Excita potentiam tuam & veni ad servandum nos.

4 Deus virtutum converte nos, ostende faciem tuam super nos, & salvi erimus.

5 Domine, Deus virtutum quousque irascéris in orationis servorum tuorum.

6 Cibum administrati nobis, panem

lachrymarum & potum subministrasti nobis lachrymas mensurâ.

7 Fecisti nos oppropria vicinis nostris, ludibrium derisorum inimicis nostris.

8 Deus virtutum converte nos & ostende faciem tuam in nos & salvi erimus

9 Vineam ex Ægypto transtulisti, eduxisti gentes & eas plantasti, & dux fuisti *iis.

*Arm. ei

10 Firmasti radices ejus & implevit terram, operuit montes umbra ejus, & arbusta ejus cedros Dei.

11 Dilatasti palmites usque ad mare, usque ad flumina sunt propagines ejus.

12 Quare destruxisti maceriam ejus, vindimiant eum prætergredientes viam.

13 Exterminavit eam aper silvestris, & equus depastus est eam.

14 Deus virtutum convertere respice de Cœlo & vide visita vineam istam.

15 Et pabulum subministra ei quam plantavit dextera tua super filium hominis quem confirmasti in te.

16 Conflagrata in igne & devastata ab increpatione tua, peribit.

17 Fiat manus tua super virum dexteræ tuæ, & super filium hominis quem confirmasti in te.

18 Neque

18 Nequè elongati erimus nos à te, vivificabis tu nos : & nomen tuum, Domine, invocabimus.

19 Deus virtutum converte nos, oſtende faciem tuam in nos & ſalvi erimus.

Pſal. LXXXI.

EXultate Deo, adjutor eſt noſter, clamate ad Deum Jacobi.

2 Accipite pſalmum, & date laudem, pſalmos dicite ei in voce jocunditatis.

3 Turbâ clangite capitibus menſium in die inſigni anniculorum noſtrorum.

4 Præceptum eſt hoc Iſraeli, & judicia ſunt Dei Jacobi.

5 Teſtimonium Joſephi quod poſuit apud eum quando exiit de terra Ægypti, linguam quam non novit audivit.

6 Removit ab oneribus ſcapulas ejus, & manus ejus à vinculo & jugo ſervili.

7 In anguſtia vocaſti ad me, & liberavi te audivi te in occultatione nimbi, & probavi te ſuper aquas contradictionis.

8 Audi populus meus & teſtis *ero* tibi, & Iſrael ſi audieris me.

9 Neque erunt tibi Dii novi, neque adorabis tu Deum exterum.

10 Ego sum Dominus Deus tuus qui eduxi te de terra Ægypti, aperi os tuum & implebo illud.

11 Populus meus non audivit vocem meam, & Israel iu me omninò non respexit.

12 Dimisi eos proficisti secundum voluntates cordium suorum, quoniam ambulaverunt ipsi secundum voluntates animarum suarum.

13 Quoniam si populus meus audivisset me, vel Israel in viis meis ambulasset.

14 Quasi rem nihili humiliassem inimicos ejus, & super oppressores ejus injecissem manum meam.

15 Inimici Domini mentiti sunt ei, & erunt *termini eorum (*termini*) mundi.

16 Cibavit eos ex ubertate frumenti, & de petrâ melle saturavit eos.

Psal. LXXXII.

DEus stetit in congregatione Deorum, & in medio eorum judicavit eos.

2 Usque quò judicatis iniquè & respicitis peccatores.

3 Judicium

3 Judicium facite pupillo & viduæ, juſtificate egenum & humilem.

4 Conſervate pauperem & egenum, è manibus peccatoris liberate eos.

5 Non perceperunt neque intellexerunt, in tenebris ambulaverunt, & commota ſunt omnia fundamenta terræ.

6 Ego dixi quod Dii ſitis vel filii excelſi, omnes.

7 Vos tamen ſicut homines moriemini, & ſicut unus de principibus caditis.

8 Surge Deus & judica terram, quoniam tu hęreditariò poſſidebis omnes gentes.

Pſal. LXXXIII.

DEus quis tibi ſimilis erit, ne taceas neque conquieſcas Deus.

2 Quoniam ecce inimici tui perſonuerunt, & oſores tui extulerunt capita ſua.

3 Adverſus populum tuum profundam exercuerunt ſcientiam, & cogitarunt adverſus ſanctes tuos, & dixerunt.

4 Venite, perdamus eos de gentibus, & non memoretur nomen Iſrael.

5 Cogitarunt unanimiter ſimul & propter tè votum fecerunt, Caſtra Edomeorum & Iſmaelitæ;

6 Moab

6 Moab & Hagarei, Gebal, Amon, Amelech & alienigenæ omnes cum habitatoribus circa Tyrum.

7 Etiam & Assur venit cum illis, omnes qui potentes erant filiorum Lothi.

8 Fac illos sicut Madiam, sicut Sisera & sicut Jabin in convallibus Cison.

9 Perierunt ipsi in oculo Dori, & fuerunt sicut fimus terræ.

10 Fac principes illorum sicut Oreb & Zeb, Zebe & Salmonai, & omnes principes eorum.

11 Qui dixerunt hæreditate possideamus inter nos sanctitatem Dei.

12 Deus meus fac illos sicut rotam & sicut arundinem coram vento.

13 Sicut ignis qui comburit sylvas, & sicut flamma quando comburit montes.

14 Ita persequeris illos nimbo tuo, & irâ tuâ conturbabis eos.

15 Imple facies eorum contumeliis & quærent nomen tuum Domine.

16 Erubescant & conturbentur in secula seculorum & pudore pereant.

17 Cognoscant quod nomen tuum Dominus est, & tu solus exaltatus es super totam terram.

Pſal. LXXXIV.

QUam amabile eſt tabernaculum tuum Domine virtutum, concupivit & maximè deſideravit anima mea atria tua.

2 Cor meum & caro mea exultabit in Deum vivum.

3 Quoniam paſſer inven t domum ſuam, & turtur nidum ubi reponat pullos ſuos.

4 Altare tuum Domine virtutum, rex meus, & Deus meus.

5 Beati ſunt omnes qui habitant in domo Domini, in ſeculo ſeculorum laudabunt te.

6 Beatus eſt vir cujus auxilium à te eſt, aſcentiones poſuit in mente ſua in convallibus triſtitiæ, in loco *ubi votum fecit * Arm. *in quo.*

7 Benedictiones dabit qui leges ſtatuit, ibit de virtute in virtutem, & apparebit Deus angelis in Syon.

8 Domine, Deus virtutum, audi orationes meas aurem appone Deus Jacobi.

9 Suſceptor es noſter, vide Deus, & reſpice in faciem uncti tui.

10 Quoniam melior eſt mihi unus dies in

in atriis tuis quam millia millium.

11 Elegi in finio esse in domo Dei magis quam habitare in tabernaculis peccatorum.

12 Misericordiam & veritatem diligit Dominus Deus noster, dona & gloriam dabit.

13 Dominus non deficere facit misericordiam suam ab iis qui ambulant in innocentia, Domine Deus virtutum beatus est vir qui sperat in te.

Psal. LXXXV.

GAvisus es Domine de terra tua, & avertisti captivitatem Jacobi.

2 Demisisti iniquitatem populi tui, & operuisti omnia peccata eorum.

3 Silere fecisti totam iram tuam, avertisti ab indignatione iræ tuæ.

4 Converte ad nos, Deus liberator noster & averte iram tuam à nobis.

5 Nè in æternum iraſcaris nobis Domine, & ne extendas iram tuam à generatione in generationem.

6 Deus, tu conversus, vivificabis nos, & populus tuus lætabitur in te.

7 Ostende nobis Domine misericordias tuas & salutem tuam da nobis. 8

8 Audite quid loquitur Dominus Deus meus, loquetur pacem populo ſuo, ad ſanctos & ad ſanctos & ad eos qui converſi ſunt ad eum cordibus.

9 Veruntamen propè accedit ad religiosos ſuos ſalus ejus, ut inhabitet gloria ejus in terrâ noſtrâ.

10 Miſericordia & veritas ſibi obviam venient, juſtitia & pax oſculabuntur.

11 Veritas te terra exorta eſt, juſtitia de cœlis apparuit.

12 Dominus dabit delectanionem & terra noſtra dabit fructum ſuum.

13 Juſtitia ante eam ambulabit, ponet in viâ greſſus ſuos.

Pſal. LXXXVI.

INclina, Domine, aurem tuam, & audi me, quia inops & pauper ſum ego.

2 Cuſtodi animam meam, ſancte Domine, libera (me) ſervum tuum, Deus meus, qui ſperavi in te.

3 Miſerere mei, Domine, quoniam ad te clamavi, totâ die lætifica animam ſervi tui, quoniam ad te, Domine, levavi animam meam.

4 Quoniam tu, Domine, ſuavis & rectus

ctus es, multa misericordia ad omnes qui vocant ad te.

5 Aurem appone, Domine, orationibus meis, & respice ad vocem petitionum mearum.

6 In die angustiæ meæ clamavi ad te, & audîsti me.

7 Nullus est similis tibi in diis, & nihil est sicut opera tua.

8 Omnes gentes quas fecisti venient & adorabunt coram te, glorificabunt nomen tuum in æternum.

9 Magnus es tu, Domine, & facis mirabilia, & tu solus es Deus.

10 Deduc me, Domine, in viâ tuâ, & ambulabo in viâ tuâ, & lætabitur cor meum ut timeam nomen tuum.

11 Confitebor ad te, Domine Deus, toto corde meo & glorificabo nomen tuum in æternum.

12 Magna fuit super me misericordia tua, & liberâsti animam meam ab inferno inferioribus.

13 Deus, iniqui insurrexerunt super me, & cœtus potentium quæsiverunt animam meam, & non reputarunt te, Deus, in conspectu suo.

14 Sed tu, Domine Deus meus, miserator

rator es & miſericors, longanimis, valdè miſericors & verus.

15 Reſpice me & miſerere mei, da virtutem ſervo tuo, vivifica filium ancillæ tuæ, & fac apud me ſignum bonitatis tuæ.

16 Videbunt oſores mei, & pudore afficientur, quoniam tu, Domine, adjuviſti me & conſolatus es me.

Pſalm. LXXXVII.

FUndamenta ejus in monte ſancto ejus, diligit Dominus portas Syonis plus quàm omnia tabernacula Jacobi.

2 Glorioſum dictum eſt de te, ecce civitas Dei!

3 Recordatus ſum Rahab & Babylon quæ cognoverunt me.

4 Ecce aliæ gentes, & Tyrus & populus Indorum qui fuerunt ibi.

5 Syoni dictum eſt, mater & homo natus eſt in eâ, & ipſe etiam fundamenta jecit in eâ altiſſimus.

6 Dominus narrabit per ſcripturas populo & principibus iis qui fuerunt ibi.

7 Ut lætificentur in te omnes quorum habitatio in eſt.

Pſalm.

Psal. LXXXVIII.

DOmine, Deus salutis meæ, in die clamavi, & in nocte coram te.

2 Intrent orationes meæ coram te, Domine, inclinabitur auris tua ad petitiones meas.

3 Quia impleta est malis anima mea, & vita mea ad inferna appropinquavit.

4 Numeratus sui ego cum iis qui descendunt in foveam.

5 Fui ego sicut homo sine adjutore, & inter mortuos liber.

6 Sicut vulnerati qui dormiunt in sepulchris, quos tu non recordatus es, qui è manu tua repulsi sunt.

7 Posuerunt me in fovea infima, in tenebris & in umbra mortis.

8 In me confirmata est ira tua, & omnes fluctus tuos induxisti super me.

9 Elongâsti à me notos meos, & posuerunt me abominationem sibi.

10 Traditus sui & non egrediebar, oculi mei debilitati sunt præ inopia.

11 Clamavi ad te, Domine, totam diem, & extuli ad te manus meas.

12 Nunquid mortuis facies mirabilia tuo,

tua, aut medici ſurgent & confitebuntur ad te?

13 Nunquid narrabunt unquam qui ſunt in ſepulchro miſericordias tuas, vel veritatem tuam in perditione.

14 Nunquid cognoſcent in tenebris mirabilia tua, vel juſtitiam tuam in terra oblita.

15 Ego ad te, Domine, clamavi, manè oratio mea opportunè venient ad te.

16 Quare, Domine, repellis animam meam, vel avertis faciem tuam à me.

17 Pauper & labore fatigatus ſum ego à juventute meâ, ab altitudine humiliatus ſum & contemptus ſum.

18 In me confirmata eſt ira tua, terrores tui conturbaverunt me.

19 Circundederunt me ſicut aqua, tota die obſederunt me ſimul.

20 Elongâſti à me benevolos meos, & notos meos propter miſeriam.

Pſal. LXXXIX.

MIſericordias tuas, Domine, in æternum laudibus efferam.

2 A generatione in generationem narrabo veritatem tuam ore meo.

3 Dixisti quod mundus misericordiâ ædificabitur, in cœlis præparabitur veritas tua.

Armen. *posuivetum.* 4 Vovi electis meis, juravi David servo meo.

5 In æternum confirmabo semen tuum, & ædificabo à generatione in generationem sedem tuam.

6 Confitebuntur Cœli mirabilia tua, Domine; & veritas tua in ecclesiis sanctorum.

7 Quis est in nubibus qui æquabitur tibi vel quis assimilabitur Domino inter filios Dei.

8 Deus glorificatus est in conciliis sanctorum, suorum, magnus & terribilis super eos qui circumdant eum.

9 Domine, Deus virtutum quis similis est tibi, potens es tu, Domine, & veritas tua circa te.

10 Tu dominaris potestati maris, agitationem fluctuum ejus, tu mitigas.

11 Tu humilias sicut vulneratos, superbos, in virtute brachii tui dispersisti inimicos tuos.

12 Tui sunt Cœli, & tua est terra, mundum plenitudine sua tu fundasti.

13 Aquilonem & austrum fecisti, Thabor

bor & Hermon in nomine tuo exultabunt.

14 Tuum eſt brachium & tua eſt virtus, firmabitur dextra tua & exaltabitur manus tua.

15 In juſtitia & in judiciis fundata eſt ſedes tua, miſericordia & veritas progredientur coram facie tua.

16 Beati ſunt populi qui cognoſcunt laudationes tuas, domine in lumine vultus tui ambulabunt.

17 Et in nomine tuo exultabunt, tota die, & in juſtitia tua exaltabuntur.

18 Gloria exercituum noſtrorum tu es Domine & in voluntate tua exaltabitur cornu noſtrum.

19 A Domino eſt adjutorium & à *ſancto Iſrael rege noſtro.

20 In eo tempore loquutus es per viſionem cum filiis tuis, & dixiſti, ponam adjutorium meum ſuper potentem, & exaltabo electum de populo meo.

21 Inveni David ſervum meum & oleo ſancto meo unxi eum.

22 Manus mea ſuſcipiet eum & brachium meum fortificabit eum.

23 Non offendet eum inimicus, & filius iniquitatis non malo afficiet eum.

* Arm. *ſancti Iſrael regis noſtri,*

24 Percutiam coram eo inimicos ejus, & oſores ejus reos pronunciabo.

25 Veritas mea & miſericordia mea cum eo, & in nomine meo exaltabitur cornu ejus.

26 Ponam in mari manum ejus, & ſuper fluvios dexteram ejus.

27 Ipſe clamabit ad me, pater meus es tu, Deus ſuſceptor gloriæ meæ.

28 Ego primogenitum faciam eum & excelſiorem omnibus regibus terræ.

29 In æternum ſervabo ei miſericordiam meam & fœdus meum fidele cum eo.

30 Stabiliam in ſeculum ſeculorum progeniem ejus & ſedem ejus ſicut dies cœlorum.

31 Si derelinquerint filii ejus leges meas & in judiciis meis nolunt ambulare

32 Si juſtitias meas in contemptu habuerint, & mandata mea non cuſtodierint.

33 Percutiam virgâ iniquitates eorum, & cruciatibus iniquitates eorum.

34 Sed miſericordiam meam non detinebo ab iis & non defraudabo veritate mea.

35 Et non contemnam teſtamentum meum

& quicquid procedit per labia mea illud non contemptui habebo.

36 Semel juravi in sanctitate mea, quòd Davidi non mentiar.

37 Progenies ejus in æternum manebit, & thronus ejus sicut sol coram me.

38 Et sicut luna quoniam firmatus est in æternum, testis fidelis in Cœlis.

39 Veruntamen tu repulisti & despexisti nos & apud lignum percussisti unctum tuum,

40 Evertisti testamentum à servo tuo profanasti in terra sanctitatem ejus.

41 Destruxisti omnes muros ejus & posuisti arces ejus in formidine,

42 Diripuerunt eum prætereuntes viâ & fuit ipse opprobrium vicinis suis.

43 Exaltasti dexteram oppressorum ejus, lætificasti omnes inimicos ejus.

44 Avertisti adjutorium gladii ejus, & non susceptisti eum in prælio.

45 Despexisti sanctitatem ejus, & thronum ejus in terra perdidisti.

46 Minuisti dies ætatis ejus & amicivisti eum pudore.

47 Usque quò avertis faciem tuam perpetuò, exardescet sicut ignis ira tua.

48 Nunc verò recordare & vide quale ſit meum ſolatium, nunquid fruſtra condidiſti omnes filios hominum.

49 Quis eſt homo qui vivet & non videbit mortem, vel liberabit animam ſuam è manibus inferorum.

50 Ubi ſunt miſericordiæ tuæ antiquæ, quas juraſti Davidi *veritate tua.

* Arm. *Caſus inſtrum.*

51 Memento opprobria ſervi tui quem ſuſcepi in ſinu meo à multis generationibus.

52 Quem exprobraverunt inimici tui Domine, exprobraverunt loco uncti tui.

53 Benedictus Dominus Deus in ſecula ſeculorum, fiat, fiat.

Pſal. XC.

DOmine refugium fuiſti noſtrum à generatione uſque in generationem.

2 Priuſquam montes fundati erant, Creaſti terram & totum terrarum orbem à ſeculis uſque in ſecula tu es.

3 Non converteſti hominem in miſeriam, ſed dixiſti, convertimini ad me filii hominum.

4 Mille anni in oculis Domini ſicut dies

dies heſterna ſunt quæ præteriit, & ſicut cuſtodia una in nocte.

5 Et anni eorum in contemptu habiti ſunt.

6 Manè ſicut herba obſectabuntur manè ſicut herba oblectabuntur, floreſcent, veſpere flacceſcent, areſcent & decident.

7 Diminuti ſumus nos præ iracundia tua & furore tuo conturbati ſumus.

8 Poſuiſti peccata noſtra coram te, & vitam uoſtram in lumine vultus tui.

9 Omnes dies noſtri minuti ſunt, & in ira tua perturbati fuimus, tempus annorum noſtrorum defluens ſcilicet irrequieto curſu ad modum aquæ *decurrit ſicut aranea. *Arm. *in quietum.*

10 Et numerus dierum annorum noſtrorum in ipſis ſeptuaginti anni, deinde ſi ſupervenerint octoginta, quicquid amplius eſt hoc, languores & gemitus, venit ſuper nos manuetudo & correpti ſumus.

11 Veruntamen quis cognoſcet vim iracundiæ tuæ, vel præ terrore tuo iram tuam metietur.

12 Sic notam fac nobis dexteram tuam, & (*iu*) qui humiles ſunt cordibus ſapientiam tuam.

13 Con-

13 Convertere, Domine, uſque quò, conſolare ſervos tuos.

14 Repleti ſumus manè miſericordiâ tuâ exultavimus & lætati ſumus omnes dies vitæ noſtræ.

15 Lætati ſumus pro diebus qui humiliarunt nos, & annis in quibus vidimus mala.

16 Reſpice Domine in ſervos tuos, & in opera manuum tuarum, & dirige filios eorum.

* Arm. *lumen.* 17 Sit *ſplendor Domini Dei ſuper nos, opera manuum noſtrarum nobis perage opera manuum noſtrarum proſpera in nos.

Pſal. XC I.

QUi habitat in adjutorio altiſſimi, in umbra Dei in Cœlis requieſcet.

2 Dicet Domino ſuſceptor, meus es, refugium meum Deus, & ego ſpero in eo.

3 Ipſe liberabit me de laqueo venatoris, & è verbis in indignatione.

† Arm. *plural. ircumdabunt.* 4 In ſcapulas ſuas ſuſcipiet te, in umbram alarum ejus ſperabis.

5 Ut framea † circumdabit te veritas ejus.

6 Non

6 Non timebis tu à timore in nocte, neque à *ſagittis quæ volant in die. * Arm. ſing.

7 A negotio quod perambulat in tenebris à ſcandalo dæmonis in meridie.

8 Cadent à latere tuo mille, & myriades à dextera tua, & ad te nihil perſinget.

9 Veruntamen oculis tuis ſpectabis tu, & retributionem peccatorum videbis, quoniam tu, Domine, ſpes mea es.

10 Altiſſimum feciſti tibi refugium non accedent ad te mali, & cruciatus non appropinquabunt ad tabernacula tua.

11 Angelis ſuis mandavit de te, cuſtodire te in omnibus viis tuis.

12 Super brachia ſua ſuſcipient te, nè aliquando impingas lapidi pedem tuum.

13 Super aſpides & baſiliſcos ambulabis tu, & pede teres leonem & draconem.

14 Quoniam in me ſperavit & liberabo eum, obumbrabo ei quoniam cognovit nomen meum.

15 Clamabit ad me & ego exaudiam eum & apud eum ero in anguſtia.

16 Liberabo & glorificabo eum, longitudine dierum replebo *(eum,)* & oſtendam ei ſalutem meam.

Pſalm.

Psal. XCII.

BOnum est confiteri Domino, & Psalmos dicere nomini tuo, Altissime.

2 Annuntiare manè misericordias tuas & veritates tuas in nocte.

3 Decachordo, psalterio in voce laudis laudare.

4 Lætificasti me, Domine, in factis tuis & in operibus manuum tuarum exultabo.

5 Quom magna sunt opera tua Domine & valdè profunda consilia tua.

6 Vir insipiens hoc non cognoscet & rationis expers hoc non intelligit.

7 Cum germinaverint peccatores ut herba & floruerint, ii qui operantur iniquitatem peribunt in secula seculorum.

8 Et tu altissimus es in æternum Domine.

9 Quoniam ecce inimici tui Domine, quoniam ecce inimici tui peribunt, dispergentur omnes qui operantur iniquitatem.

10 Exaltabitur sicut Unicornis cornu meum, & senectus mea in oleo fœcunditatis.

11 *Respe-

11 *Reſpexit oculus meus in inimicos * Arm. meos qui inſurrexerunt in me malitiâ, *vidit.* eos audiet auris mea.

12 Juſti ſicut palma florebunt, & ſicut Cedrus Libani multiplicabuntur.

13 Plantati erunt in domo Domini, & in atriis Dei noſtri florebunt etiam & multiplicabuntur in ſenectute ubertatis.

14 Pingues & molles erunt in enuntiando.

15 Rectus eſt Dominus Deus noſter, & non eſt in eo iniquitas.

Pſal. XCIII.

DOminus regnavit, decore indutus eſt, indutus eſt Dominus virtute & circa lumbos ſuos tulit.

2 Firmavit orbem ut non commoveatur, paratus eſt thronus tuus à principio, ab æterno tu es.

3 Extulerunt flumina, Domine, extulerunt flumina voces ſuas, & inſurrexerunt flumina è decurſibus ſuis.

4 E voce aquarum multarum, mirabiles fuerunt fluctus maris.

5 Mirabilis es tu Domine in excelſis, & teſtimoniis tuis nos multùm credidimus.

6 Dominus

6 Domus tua pulchra est sanctitudine Domine in longitudinem dierum.

Psal. XCIV.

DEus, vindictæ quæsitor Dominus Deus vindictæ quæsitor appare.

2 Exaltare qui judicas terram, redde retributionem superbis.

3 Usque quò peccatores, Domine, usque quò peccatores gloriabuntur.

4 Effutient iniquitatem, loquentur omnes qui operantur iniquitatem.

5 Populum tuum Domine humiliarunt & hæreditatem tuam male affecerunt.

6 Viduam & egenum trucidarunt, pupillos profligarunt.

7 Et dixerunt non videt hoc Dominus neque intelligit Deus Jacobi.

8 Intelligite insipientes populi, & mentis inopes quousque non intelligitis.

9 Quasi qui plantavit aurem ipse non audiat, vel qui creavit oculum ipse non videat.

10 Qui castigat gentes quasi non obsisteret: qui docet hominem scientiam.

11 Dominus scit cogitationes hominum quod sint nequam. 12 Bea-

12 Beatus homo quem castigas tu Domine & in lege tua doces tu eum.

13 Mitigas tu ei dies iniquitatis, usque dum fodiatur fovea peccatori.

14 Non deserit Dominus populum suum, & hæreditatem suam non despicit.

15 Quoadusque convertantur judicia in justitiam suscepient eum omnes qui just sunt cordibus.

16 Quis surget mecum contra malos, vel quis se comitem præbebit mihi contra eos qui operantur iniquitatem.

17 Nisi Dominus adjutorio fuisset mihi modicum quid, habitasset anima mea in inferno.

18 Si dicebam, ecce mommoti sunt pedes mei, misericordia tua Domine adjuvit me.

19 Secundum multitudinem dolorum cordis mei, consolatio tua lætificavit animam meam.

20 Non associabitur tibi cathedra iniquitatis prætendens laborem contra præceptum.

21 Captarunt animam justi, & sanguinem innocentis condemnabant.

22 Fuit Dominus refugium meum; Deus adjutorium spei meæ. 23

23 Reddet iis Dominus ſecundum iniquitatem eorum, & ſecundum malitiam eorum diſperdet eos Dominus Deus noſter.

Pſal. XCV.

VEnite exultemus in Domino, alta voce cantemus ad Deum ſervatorem noſtrum.

2 Præveniamus coram eo confeſſione, & pſalmis clamemus ad eum.

3 Deus magnus eſt Dominus, & Rex magnus ſuper totam terram.

4 In manibus ejus ſunt omnes fines terræ: & altitudines montium ejus ſunt.

5 Ipſius eſt mare & ipſe fecit illud, & aridam manus ejus creaverunt.

6 Venite adoremus eum procidamus & ploremus coram Domino conditore noſtro.

7 Ipſemet eſt Dominus Deus noſter, nos populi manus ejus, & oves paſcuum ejus.

8 Hodiè ſi vocem ejus audieritis, nè obduretis corda veſtra ſicut in amarore.

9 In die tentationes in deſerto, ubi tentarunt me patres veſtri, probaverunt me

me & viderunt opera mea quadraginta annis.

10 Offenſus fui cum generatione propterea & dixi, ſemper erraverunt cordibus.

11 Et ipſi non cognoverunt vias meas ſicut juravi in ira mea ſi introibunt in requiem meam.

Pſal. XCVI.

LAudate Dominum in laudatione nova, laudate Dominum omnis terra.

2 Laudate Dominum & laudate nomen ejus evangelizate de die in diem ſalutem ejus.

3 Annunriate inter gentes gloriam ejus inter omnes populos mirabilia ejus.

4 Magnus eſt Dominus, & laudandus magnoperè terribi-is eſt ipſe ſuper omnia idola.

5 Omnia idola gentium Dœmonia ſunt, & Dominus Cælos fecit.

6 Confeſſio & pulchritudo eſt coram eo, ſanctitas & magnificentia eſt in ſanctuario ejus.

7 Offerte Domino nationes gentium offerte Domino gloriam & honorem, offerte Domino gloriam nomini ejus.

8 Accipite sacrificia & introite in atria ejus adorate Dominum in atriis sanctitatis ejus & commovebitur à facie ejus tota terra.

9 Dicite in gentibus quòd Dominus regnavit, fundavit mundum ut non commoveatur, & judicat populum suum rectitudine.

10 Lætentur Cæli & exultet terra, oblecterur mare plenitudine sua exultent campi & quodcunque est in iis.

11 In hoc tempore exultabunt omnes arbores sylvæ à facie Domini, quoniam venit, & venit ipse ad judicandam terram.

12 Judicat terrarum orbem judiciis, & populos omnes veritate sua.

Psal. XCVII.

DOminus regnavit, exultet terra, lætentur insulæ multæ.

2 Nubes & caligo circumdant eum, in judiciis & in æquitate rectificatus est thronus ejus.

3 Ignis anteeum procedet & uret circa inimicos ejus.

4 Illuxerunt fulgura ejus orbi, vidit, & commota est terra. 5 Mon-

5 Montes ſicut cera liquefacti erunt à facie Domini, à facie Domini totius terræ.

6 Declarabunt Cæli æquitatem ejus, viderunt omnes populi gloriam ejus.

7 Erubeſcent omnes qui adorant idola, & qui gloriantur in ſimulachris ſuis.

8 Adorabunt eum omnes angeli ejus, quia audivit & lætata eſt Sion & exultarunt filiæ Judæ, propter judicia tua, Domine.

9 Quoniam tu excelſus es ſuper totam terram valde excelſus ſuper omnia Idola

10 Qui diligitis Dominum, odite iniquitatem, cuſtodit Dominus animas ſanctorum ſuorum, de manibus peccatoris liberabit eum.

11 Lux orta eſt juſtis, rectis cordibus fuit lætitia.

12 Lætamini juſti in Domino, confitemini memoriæ ſanctitatis ejus,

Pſalm. XCVIII.

LAudate Dominum in laudatione nova quia mirabilia fecit.

2 Servavit eum dextera ſua, & brachium ſuum oſtendit Dominus ſalutem

suam, coram gentibus manifestavit justitiam suam.

3 Recordatus est misericordiâ suâ Jacobum veritate suâ Dominum Israelis, viderunt omnes fines terræ salutem Dei nostri.

4 Clamate ad Dominum tota terra, laudate exultate & psalmos dicite, psalmos dicite Deo nostro laude, laude & voce psalmorum.

5 In voce laudis fusæ tubæ, laude, exultatione, & voce cornutubus.

6 Clamate coram rege Domino.

7 Commovebitur mare plenitudine suâ orbis terrarum & omnes habitatores ejus.

8 Et flumina applaudeut simul manibus.

9 Montes exultabunt coram Domino quoniam venit & advenit Dominus ad judicandam terram.

10 Judicat orbem terrarum justitiâ & populos suos rectitudine.

Psal. XCIX.

DOminus regnavit, irati sunt populi, qui sedes super Cherubim, commota est terra. 2 Dominus

2 Dominus in Sion magnus eſt, & excelſus eſt ſuper omnes populos.

3 Confiteantur nomini tuo magno, quoniam terribile eſt, & ſanctum eſt, & honor Regis judicia diligit.

4 Tu paraſti rectitudinem, judicia & æquitatem Jacobi tu feciſti.

5 Exaltate Dominum Deum noſtrum, adorate ſcabellum pedum ejus, quoniam ſanctum eſt.

6 Moyſes & Aaron ſacerdotes ejus Samuel inter eos qui invocant nomen ejus, vocabant ad Dominum, & ipſe audivit eos, & in columna nubis loquutus eſt cum iis.

7 Cuſtodiebant teſtimonia ejus, & mandata quæ dedit iis.

8 Domine Deus noſter tu audiſti eos, Deus, tu propitius fuiſti, & vindex ſuper omnia opera eorum.

9 Exaltate Dominum Deum noſtrum, adorate in monte ſancto ejus, quoniam ſanctus eſt Dominus Deus noſter.

Pſal. C.

CLamate ad Dominum tota terra; ſervite Domino lætitiâ.

2 Introite coram eo exultatione, scitote quòd ipse est Dominus Deus noster.

3 Ipse fecit nos & non nosmet ipsi, nos populi & oves pascuæ ejus.

4 Introite in portas ejus confessione, & laude in tabernacula ejus.

5 Confitemini & laudate nomen ejus.

6 Suavis est Dominus, in æternum misericordia ejus, à generatione usque in generationem veritas ejus.

Psal. C I.

IN misericordia & in judiciis laudabo te Domine, psalmos dicam & intelligam.

2 Viâ immaculatâ quando veniet ad me, quoniam ambulabam ego in innocentia cordis mei, in medio domus meæ.

3 Non posui coram oculis meis negotia iniquitatis, eos qui faciebant abnegationem odivi.

4 Non appropinquavit ad me qui pravus erat corde, aversus à me (est) insipie is, & ego quicquam non confestim faciebam.

4 Qui loquebatur clàm de proximo suo, eum subdio procul persequebar.

6 Qui

6 Qui ſuperbus erat oculis & inſatiabilis corde cum eo quidem panem non comedebam.

7 Oculi mei ad fideles terræ, ut ſederent ipſi mecum.

8 Qui procedebat in via immaculata, ipſe miniſtrabat mihi.

9 Non habitabat in medio domus meæ, qui faciebat ſuperbiam, & qui loquebatur iniquitatem non erat proſperum ei coram oculis meis.

10 In matutinis interficiebam omnes peccatores terræ, perdam de civitate Domini omnes qui operantur iniquitatem.

Pſal. CII.

DOmine audi orationes meas, clamor meus ad te veniat, ne avertas faciem tuam à me.

2 In die anguſtiæ meæ, inclina ad me aurem tuam, qui quacunque die *vocavero ad te ſtatim audi me. * Arm. *voco.*

3 Defecerunt ſicut fumus Dies mei, & oſſa mea ſicut cremium aruerunt.

4 Percuſſus ſui ſicut fœnum & exſiccatum ſuit cor meum, oblitus ſui comedere,

dere, panem meum è voce gemitus mei.

5 Adhæſit os meum carni meæ ſimilis fui ego pelicano deſerti, fui ego ſicut noctua in ruinoſo, vigilavi, & fui ego ſicut paſſer ſolitarius in tecto.

6 Exprobraverunt me inimici mei totâ die & laudatores mei in me jurarunt.

7 Cinerem ut panem comedi, & potum meum lachrimis commiſcui.

8 E facie furoris indignationis tuæ, qui tu ſublimaſti me & humiliaſti me.

9 Dies mei ſicut umbra præterierunt, & ego ſicut fœnum arui.

10 Tu Domine in æternum permanes, & memoriale tuum à generatione uſque ad generationem.

11 Tu exurgens miſerebere Sionis, tempus miſerendi ejus, advenit tempus.

12 Oblectati ſunt ſervi tui cum lapidibus ejus, & pulveris ejus miſerti ſunt.

13 Timebunt gentes è nomine tuo, & omnes reges terræ è gloria tua.

14 Ædificat Dominus Sion, & conſpicuus erit gloriâ ſuâ in ea.

15 Reſpexit ipſe ad preces humilium, & non ſprevit petitiones eorum.

16 Scribetur hoc in generationem alteram populus qui creatus eſt laudabit Dominum.

17 Pro-

17 Proſpexit ipie de excelſis, de ſanctuario ſuo, Dominus de Cælis in terra proſpexit.

18 Audire gemitum vinctorum, & ſolvere filios mortis reos.

19 Annuntiare in Sion nomen Domini, & laudes ejus in Hieruſalem.

20 Congregare populos in unum & Reges ut ſerviant Domino.

21 Reſponſum dedit ei in via virtutis ſuæ: paucitatem dierum meorum dic mihi.

22 Et nè educas me in dimido dierum meorum quoniam à generatione in generationem anni tui.

23 Initio, Domine, fundamenta terræ firmaſti & opera manum tuarum Cæli ſunt.

24 Ipſi pereunt & tu perſiſtis & manes in æternum.

25 Omnes ſicut veſtimentum veteraſcent & ſicut palltum mutabis eos, & permutabuntur.

26 Sed tu idem ipſe es, & anni tui non pereunt, filii ſervorum tuorum habitabunt in eo & ſemen eorum in ſeculum proſperitate fruetur.

Psal. CIII.

BEnedic anima mea Dominum & omnia ossa mea nomen sanctum ejus.

2 Benedic anima mea Dominum, & nè obliviscare omnia dona ejus.

3 Qui remittit peccata tua, sanat omnes infirmitates tuas.

4 Qui liberat à corruptione vitam tuam, coronat te misericordia & miseratione.

5 Qui replet bonis desiderium tuum, renovabitur ut aquilæ juventus tua.

6 Facit misericordias Dominus & judicia omnibus fraudem passis.

7 Ostendit Dominus vias suas Moysi, & filiis Israelis voluntatem suam.

8 Miserator misericors est Dominus: longanimis & multum misericors.

9 Non perpetuò irascitur nobis, neque in æternum odium retinet.

10 Non secundum peccata nostra fecit nobis neque secundum iniquitatem nostram retribuit.

11 Sed sicut altiores sunt Cæli terrâ, sic corroboravit Dominus misericordiam suam super religiosos suos.

12 Quan-

12 Quantum elongantur orientales (plagæ) ab occidentalibus ita elongavit à nobis iniquitates noſtras.

13 Quomodo miſeretur pater * filiorum ſuorum ſic miſerebitur Dominus religioſorum ſuorum.

14 Quoniam ipſe cognovit figmentum noſtrum & recordatus eſt quod pulvis ſumus.

15 Homo, ſicut fœnum dies † ejus, tanquam flos agri ſic affloret.

16 Expirat ab illo ventus & non eſt, neque apparet locus ejus.

17 Sed miſericordia Domini in ſecula ſeculorum ſuper religioſos ſuos, & juſtitia ejus à filiis uſque ad filios

18 Qui cuſtodiunt teſtamentum ejus, recordantur præceptum ejus & faciunt illud.

19 Dominus in Cælis paravit ſedem ſuam, regnum ejus omnibus dominatur.

20 Benedicite Dominum omnes angeli ejus potentes uirtute, qui facitis negotium ejus, audite vocem præceptorum ejus.

21 Benedicite Dominum omnes virtutes ejus, miniſtri & perficientes voluntatem ejus.

22 Bene-

* Arm. *ſuper filios ſuos*

† Arm. *ſui*.

22 Benedicite Dominum omnia opera ejus, apud omnes locos est dominatio ejus, benedic anima mea Dominum.

Psal. CIIII.

BEenedic anima mea Dominum Dominus *Deus* meus magnificatus es valdè, confessionem & magnificentiam induisti.

2 Injeciſti lumen ſicut veſtimenta extendebat Cælos ſicut tentorium, & injiciebat ſuper aquas ſuperiora ejus.

3 Qus ponit in nubibus greſſus ſuos & perambulat ſuper alas ventorum.

4 Qui fecit angelos ſuos, ſpiritus, & miniſtros ſuos in ignem comburentem.

5 Fundavit terram ſuper firmamentum ſuum, ut non commoveatur in æternum.

6 Profunda ſicut veſtimentum opertorium eſt ejus, ſuper montes ſtabunt aquæ.

7 Ab increpatione tua fugient, & à voce tonitrui tui trepidabunt.

8 Aſcendunt montes, & deſcendunt campi in locum quo fundaſti eos.

9 Terminum poſuiſti & non tranſgredi

gredimur neque convertuntur ad operiendam terram.

10 Miſiſti fontes in valles, & è medio montium decurrent aquæ.

11 Potum ſubminiſtrare omni animali agri, ſatiabuntur, onagri in * ſiti ſua. * Arm. *plural.*

12 Ibi volatilia cæli nidos ponent, & de medio petrarum dabunt voces ſuas.

13 Rigat montes de theſauris ſuis & è fructu operum ſuorum implebit terram.

14 Produxiſti herbam in montibus, & herbam viventem ſervituti hominum, & eduxiſti panem de terra.

15 Vinum lætificat oleum exhilarat, & panis confirmat cor hominis

16 Saturabuntur arbores, & Cedri Libani quas tu plantaſti.

17 Ibi volatilia Cæli terminos ponunt, & nidus Ciconiæ refugium eſt ipſis.

18 Montes excelſi ſunt cervis, & petræ refugia leporibus.

19 Feciſti lunam propter tempus, ſol cognovit tempus occaſus ſui.

20 Feciſti tenebras & facta eſt nox, in ipſa progrediuntur omnes beſtiæ ſilvæ.

21 Catuli leonum rugiunt & rapiunt, & quærunt à Deo eſcam ſuam. 22

22 Oriente sole congregantur, & in spelunc is suis conquiescunt.

23 Exit homo ad opera sua, & labores manuum suarum usque ad vesperam.

24 Quam magna sunt opera tua, Domine & omnia quæcunque fecisti cum sapientia fecisti, & impleta est terra creaturis tuis.

25 Hoc mare magnum & amplum ab eo reptilia quorum non est numerus.

26 Animalia magna & parva, in eo etiam naves transeunt draco quem formasti oblectari cum eo.

27 Omnia te expectant, & tu das escam iis in tempore.

28 Das tu iis, & vescuntur, aperis manum tuam & cibas omnia voluntate tua.

29 Avertis faciem tuam ab iis & turbantur tollis spiritum ab iis (&) deficiunt & in pulverem revertuntur.

30 Mittis spiritum tuum & possides eos, & renovas faciem terræ.

31 Sit gloria Domini in seculum, Dominus lætabitur in factis suis.

32 Qui respicit in terram, & dat tremorem ei accedit ad montes & fumigabunt

33 Laudabo Dominum in vita mea psalmos dicam Deo meo quamdiu sum ego.

34 Gratia

34 Grata erit ei laus mea, & ego lætabor in Domino.

35 Deficient peccatores de terra, & impii non invenientur in ea, benedic anima mea Dominum.

Pſal. CVI.

COnfitemini Domino & invocate nomen ejus, annuntiate inter gentes opera ejus.

2 Benedicite & pſalmos dicite ei annuntiate omnia mirabilia ejus, & laudamini in nomine ſancto ejus.

3 Lætabuntur corda eorum qui quærunt Dominum.

4 Quærite Dominum & corroboramini, & quærite faciem ejus in omni tempore.

5 Recordamini mirabilia ejus quæ fecit, prodigia, & judicia oris ejus.

6 Progenies Abrahami, ſervi ejus, filii Jacobi, electi ejus.

7 Ipſemet eſt Dominus Deus noſter, in tota terra ſunt judicia ejus.

8 Recordatus eſt in æternum teſtamentum ſuum, verbum quod mandavit in mille annos.

9 Pactum quod potuit cum Abrahamo, & juramentum ſuum cum Iſaack.

10 Sanxit apud Jacobum præceptum ſuum, & apud Iſrael teſtamentum ſuum in æternum.

11 Dicit, tibi dabo terram Chanaan ſortem hæreditatis tuæ.

12 Quando erant ipſi exigui numero, pauci & peregrini in ea.

13 Proceſſerunt ipſi de gente in gentem, de regno in populum alium.

14 Et non permiſit homini nocere iis, & corripuit reges propter illos.

15 Nè accedatis, dicit, unctos meos, & in prophetas meos nè malum committatis.

16 Vocavit famem in terram eorum, & omne robur panis contrivit.

17 Miſit ante eos virum, in ſervitutem venditus fuit Joſeph.

18 Humiliaverunt in vinculis pedes ejus, & tranſiit per ferrum anima ejus.

19 Quoadusque veniret verbum illius, & verbum Domini exploravit eum.

20 Miſit rex & ſolvit eum, princeps populi dimiſit eum.

21 Conſtituit eum Dominum domus ſuæ, principem ſuper omnes poſſeſſiones ejus.

22 Ut

22 Ut erudiret principes eorum ſicut ſemetipſum & ſeniores eorum intelligentes redderet.

23 Intravit Iſrael in Ægyptum Jacob peregrinus fuit in terra Cham.

24 Auxit populum ſuum vehementer, & firmavit eum plus quàm inimicos ſuos.

25 Convertit corda eorum ad proſequendum odio populum ſunm, & ad decipiendum ſervos ſuos.

26 Miſit Moſen ſervum ſuum & Aaron electum ſnum.

27 Poſuit in iis verbum ſignorum ſuorum, & miracula ſua in terra Cham.

28 Miſit tenebras & obſcuravit eos quoniam exacerbaverunt verbum ejus.

29 Convertit in ſanguinem fluvios eorum, & occidit omnes piſces eorum.

30 Reptare fecit in terra ranas, etiam in horreis principum eorum.

31 Dixit & venit muſca canina & cenops per omnes fines ipſorum.

32 Convertit pluvias eorum in grandinem, & ignis in terra eorum, & accenſus fuit.

33 Percuſſit vineas & ficulneas eorum, & confregit omnes arbores finium eorum.

34 Dixit

34 Dixit & venit locusta & bruchus, cui non fuit numerus.

35 Comedit omnem herbam terræ eorum, & consumpsit omnem fructum terræ eorum.

36 Percussit omnes primogenitos Ægyptiorum primitias omnium laborum eorum.

37 Eduxit eos auro & argento, & non erat in generatione eorum infirmus.

38 Lætata est Ægyptus de egressu eorum quoniam ceciderat timor Domini super eos.

39 Expandit nubem ad obumbrandum illos in die, & igne illuminavit eos in nocte.

40 Petierunt & venit coturnix, & pane cælorum replevit eos.

41 Percussit petram & fluxerunt aquæ, & iverunt flumina per inaquosa

42 Recordatus est verbum suum sanctum quod cum Abrahamo servo suo (habuit)

43 Eduxit populum suum exultatione, & electos suos lætitia.

44 Dedit iis provincias gentium, & labores populorum in hæreditatem dedit iis.

45 Ut

45 Ut cuſtodiant teſtimonia ejus, & legem ejus exquirant.

Pſal. CVI.

COnfitemini Domino quoniam bonus eſt, quoniam in æternum miſericordia ejus.

2 Quis loquetur virtutes Domini, auditas faciet omnes laudes ejus?

3 Beati qui cuſtodiunt judicia, & faciunt juſtitiam in omni tempore.

4 Memento noſtri Domine ſecundum beneplacita populi tui, & viſita nos in ſalute tua

5 Videamus nos dulcedinem electorum tuorum, lætemur in lætitia gentis tuæ, & laudes celebrabimus nos cum hæreditate tua.

6 Peccavimus nos cum patribus noſtris, iniquè egimus, & tranſgreſſi ſumus.

7 Patres noſtri in Ægypto non intellexerunt mirabilia tua, & non recordati ſunt multas miſericordias tuas

8 Et ad iram incitarunt te in tranſitu ſuo per mare rubeum; liberavit eos propter nomen ſuum ut cognoſcerent virtutes ejus.

9 Increpavit mare rubem & excicca-
tum eſt, eduxit eos per profunda, quaſi
per deſertum.

10 Servavit eos de manibus oſorum
eorum, & liberavit eos de manibus ini-
micorum eorum.

11 Operuit mare oppreſſores eorum,
& unus ex illis non ſuperſtes fuit.

12 Crediderunt verbo ejus, & cele-
brabant laudes ejus.

13 Feſtinarunt & obliti ſunt opera
ejus, & non animadvertebant con-
ſilia ejus.

14 Concupierunt concupiſcentiam in
deſerto, & tentaverunt Deum in inaque-
ſo.

15 Dedit iis petitionem ipſorum, mi-
ſit plenitudinem in animas ipſorum.

16 Ad iram incitarunt Moyſen in ca-
ſtris, & Aaronem ſanctum Domini.

17 Aperta eſt terra & deglutivit Da-
than & operuit caſtra Abiron.

18 Ignis accenſus eſt in cætibus eorum
& flamma conſumpſit peccatores.

19 Fecerunt vitulum in Horeb & a-
doraverunt ſimulachrum, & mutaverunt
gloriam ſuum in ſimilitudinem vituli
herbam comedentis.

20 Obliti

20 Obliti ſunt Deum vivificatorem ſuum qui fecit magnalia ſua in Ægypto.

21 Mirabilia ſua in terra Cham, & terrorem ſuum ſuper mari rubro.

22 Dixit ut diſperderet eos, niſi Moſes electus ſtetiſſet coram eo.

23 Converſus eſt ad Dominum & axertit iram ejus, ut non diſperderentur ipſi.

24 Aſpernati ſunt terram deſiderabilem & non crediderunt verbo ejus.

25 Murmurarunt in caſtris ſuis & non audierunt vocem Domini.

26 Levavit manum ſuam ſuper eos ad percutiendum eos in deſerto.

27 Ut diſſiparet ſemen eorum apud gentes, ut diſſiparet ſemen eorum apud provincias.

28 Contaminati ſunt ipſi cum Belpeghor, quoniam comederunt Idolis immolata, & mortuis dedita.

29 Ad iram incitarunt eum in operibus ſuis, & multiplicata eſt ſuper eos ruyna.

30 Poſtea ſtetit in medio Phinees & placavit, & prohibita eſt mors.

31 Reputata eſt ei in juſtitiam à generatione in generationem uſque in ſempiternum.

32 Ad iram incitarunt eum ſuper aquas.

33 Contradictionis malum paſſus eſt Moſes propter eos, quia exacerbaverunt ſpiritum ejus.

34 Juſſit labiis ſuis & non perdiderunt generationem quam dixerat ei Dominus.

35 Commiſti ſunt cum gentibus, & didicerunt opera earum.

36 Inſervierunt Idolis eorum, & fuit iis in ſcandalum.

37 Immolaverunt filios & filias ſuas Dæmoniis & effuderunt ſanguinem purum.

38 Sanguinē filiorum & filiarum eorum quas immolaverunt ſimulachris Chanaan

39 Contaminata eſt terra è ſanguine eorum & polluta eſt ab operibus eorum quoniam fornicati ſunt in greſſibus ſuis.

40 Iratus eſt furore Dominus ſuper populum ſuum, & abominabilem reddidit hæreditatem ſuam valdè.

41 Tradidit eos in manus gentium, & dominati ſunt in eos oſores eorum.

42 Et inimici ſui tribulaverunt eos, & humiliati ſunt ſub manibus illorum.

43 Multis vicibus liberavit eos, & ipſi exacer-

exacerbaverunt eum in conciliis ſuis, & incurvati ſunt in iniquitate ſua.

44 Reſpexit Dominus in anguſtiis eorum ad audiendum vocem orationum eorum.

45 Recordatus eſt fœderis ſui & commotus fuit ſecundum multitudinem miſericordiæ ſuæ.

46 Et dedit eos in miſerationes coram omnibus captivos ducentibus eos.

47 Libera nos Domine Deus noſter, & congrega nos è gentibus, confiteamur nomini tuo ſancto, & gloriemur in laudibus tuis.

48 Benedictus Dominus Deus Iſraelis in ſecula ſeculorum, & dicet omnis populus, fiat, fiat.

Pſal. CVII.

COnfitemini Domino quoniam dulcis eſt, quoniam in æternum eſt miſericordia ejus.

2 Dicent redempti Domini quos redemit è manibus inimici.

3 Ab omnibus provinciis congregavit eos, ab oriente & ab occidente, ab aquilone & à mari.

4 Erraverunt in deſerto in via ioaquoſa, civitas habitationis non invenitur.

5 Eſurierunt & ſitierunt, & anima eorum defecerunt.

6 Clamaverunt ad Dominum in anguſtia ſua, & à tribulatione eorum liberavit eos.

7 Deduxit eos in via recta ut irent in civitatem habitationis ſuæ.

8 Confiteantur Domino miſericordiæ ejus : & mirabilia ejus filiis hominum.

9 Quoniam ſatiavit animas eſurientes, & animas vacuas replevit bonis.

10 Qui ſedebant in tenebris & in umbris mortis, conſtringebantur in paupertate ſicut in ferris.

11 Quia exacerbaverunt verbum Dei, & conſilia excelſi ad iram concitarunt.

12 Humiliata ſunt in laboribus corda eorum, & infirmati ſunt & nullus erat qui adjuvaret eos.

13 Clamaverunt ad Dominum in anguſtia ſua (&) è tribulationibus ſuis eduxit eos.

14 Liberavit eos de tenebris & ab umbris moatis & diſrupit vincula eorum.

15 Confiteantur Domino miſericordias ejus, & mirabilia ejus filii hominum

16 Quia

16 Quia confregit portas æreas, & vectes ferreos contrivit.

17 Audivit eos de via iniquitatis ſuæ, quoniam propter peccata ſua humiliati ſunt valdè.

18 Ab omnibus cibis abhorrebant corda eorum, appropinquarunt uſque ad portas mortis.

19 Clamaverunt ad Dominum in anguſtia ſua : & è tribulationibus eorum ſervavit eos.

20 Miſit verbum ſuum & ſanavit eos, & liberavit eos à corruptionibus ſuis.

21 Confiteantur Domino miſericordiæ ejus : & mirabilia ejus inter filios hominum.

22 Offerent ei ſacrificium laudis & enuntiabunt opera ejus exultatione.

23 Qui deſcendunt in mare navibus, & gerunt negotia in aquis multis.

24 Ipſi vidêtunt opera Domini, & mirabilia ejus in abyſſis profundis.

25 Dixit & ſurrexit ventus & nimbus, & exaltati ſunt fluctus ejus.

26 Aſcendebant ad Cælos & deſcendebant in abyſſos & animæ eorum in animis ſuis tabuerunt.

27 Turbati ſunt & commoti ſunt ſicut

ebrii, & omnes sapientia illorum cecidit

28 Clamaverunt ad Dominum in angustia sua: è tribulationibus eorum servavit eos.

29 Convertit nimbum in auram, & conquieverunt fluctus ejus.

30 Lætati sunt quoniam conquieverunt, & duxit eos in portum voluntatis suæ.

31 Confiteantur Domino misericordiæ ejus, & mirabilia ejus filii hominum.

32 Exaltent eum in congregationibus populorum & in cathedris seniorum laudent eum.

33 Quoniam convertit flumina in arida, decursus aquarum in terram sitibundam.

44 Fecit terram fructiferam in sterilem propter iniquitatem incolarum ejus

35 Fecit desertum in stagna aquarum & terram sitibundam in decursus aquarum.

36 Commorari fecit in ea esurientes, & ædificarunt civitates habitationis suæ.

37 Ararunt agros & plantaverunt vineas, & fecerunt fructum radicum suarum.

38 Benedixit eos & multiplicati sunt valdè, & jumenta illorum non imminuta sunt.

39 Diminuti

39 Dimminuti sunt ipsi & mala passi sunt ab angustia malorum, & à tribulationibus.

40 Venit contemptus super principes eorum, errare fecit eos in deserto, & non in viâ.

41 Adjuvit egnum in paupertate, duxit sicut ovim familiam eorum.

42 Videbunt recti & lætabuntur, & omnis iniquus obturabit os suum.

43 Quis est sapiens qui custodiet hoc, & intelliget misericordias Domini.

Psal. CVIII.

PAratum est cor meum, Deus, paratum est cor meum, benedicere & psalmos dicere tibi gloriâ meâ.

2 Expergiscere gloria mea, expergiscere psalmis & laudibus, & ego expergiscar diluculo.

3 Confitebor tibi in populis Domine, & psalmos dicam tibi in gentibus.

4 Magna fuit usque ad cælos misericordia tua, & usque ad nubes veritas tua.

5 Excelsus es tu in Cælis Deus, & in tota terra est gloria tua.

6 Ut liberentur dilecti tui serva dexterâ tuâ & audi nos. 7 Deus

7 Deus loquutus est in sanctitate sua, exaltabor dividam sechim & valles tabernaculorum dimetiar.

8 Meus est Gilead, & meus est Menasse, Ephraim protector capitis mei.

9 Judah rex meus, Moab lebes spei meæ.

10 In Edom dirigam gressus meos, & mihi alienigenæ obtemperantes fuerunt.

11 Quis portabit me ad civitatem munitam, vel quis ducet me usque in Edom

12 Nonne tu Deus (es) qui repulisti nos, & non exiisti Deus cum exercitu nostro.

13 Da nobis auxilium in angustia, quoniam falsa est salus hominis.

14 Deo faciemus virtutem, & ipse pudore afficiet inimicos nostros.

Psal. CIX.

DEus laudis meæ nè taceas, quoniam os peccatoris, os dolosi apertum est super me.

2 Loquuti sunt de me linguâ dolosa, & sermone odii circumdederunt me.

3 Dimicati sunt mecum gratis, propter amorem meum prodebant me, sed ego in oratione stabam. 4 Re-

4 Retribuerunt mihi malum pro bono, odium pro amore meo.

5 Constitue super eum peccatorem, & Satanas stet è dextera ejus.

6 E judicio ejus exeat condemnatus, & orationes ejus in peccata convertantur.

7 Sint dies ejus pauci, & visitationem ejus, eam alter accipiat.

8 Sint filii ejus orphani, & uxor ejus vidua.

9 Exterminentur, transferantur, filii ejus mendici sint, & exeant de habitatione sua.

10 Scrutetur mutuo dans, quæcunque (sunt) ejus, diripiant exteri labores ejus.

11 Non invenietur adjutor ei, neque qui misereatur super orphanos ejus.

12 Sint filii ejus in interitum, & à generatione deleatur nomen ejus.

13 Memoriæ mandetur peccatum patrum ejus coram Domino, & peccatum matris ejus nè deleatur, sint coram Domino in omni tempore.

14 Disperdatur de terra memoria ejus, pro eo quòd non recordatus est facere misericordiam.

15 Persequutus est hominem pauperem

rem & inopem trucidare eum qui humilis est corde.

16 Dilexit execrationem & veniet ei, non voluit laudem, elongabitur ab eo.

17 Induit execrationem sicut vestimentum, ingredietur sicut aqua in ventrem ejus, & sicut oleum in ossa ejus.

18 Erit ei sicut vestimentum quando induitur, & sicut cingulum quo cingitur tota die per medium.

19 Hoc opus est eorum qui malè loquebantur de me apud Dominum, & qui loquebantur malum de anima mea.

20 Sed tu, Domine, Domine, fac mecum secundum nomen tuum; quia suavis est misericordia tua, & libera me, quia pauper & inops sum ego.

21 Cor meum perturbatum est in ventre meo & fui ego sicut umbra, in declinatione mea defeci, & excussus fui sicut locusta.

22 Genua mea infirmata sunt è jejuniis, & caro mea immutata est præ oleo.

23 Fui ego opprobrium illis, viderunt me, & moverunt capita sua.

24 Adjuva me, Domine Deus meus, & libera me Domine, secundum misericordiam tuam.

25 Sciant

25 Sciant quòd manus tua eſt hæc, & tu Domine feciſti hoc.

26 Ipſi execrabuntur, & tu benedices, qui inſurrexerunt in me pudore afficientur, ſed ſervus tuus lætabitur in te.

27 Amiciantur pudore qui malè loquebantur de anima mea, & induant ſicut pallia pudorem ſuum circa ſingulos.

28 Sed ego confitebor ad Dominum vehementer ore meo, in medio multorum laudabo te.

29 Quia ſtetit ipſe à dextera inopis, liberare me ab iis perſequebantur animam meam.

Pſal. CX.

DIxit Dominus Domino meo, ſede à dex erâ meâ donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum.

2 Virgam virtutis mittet tibi Dominus è Sion, & dominaberis tu in medio inimicorum tuorum.

3 Apud te eſt principium in die virtutis tuæ in magnificentia ſanctorum tuorum.

4 Ex utero priuſquam luciferum genui te, juravit Dominus, & non compungetur,

pungetur, quod tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchizedec, & Dominus eſt apud dexteram tuam.

5 Conteret in die iræ reges, judicat gentes & multiplicat plagas, & conteret capita multorum in terra.

6 Torrentes in via bibit quapropter & exaltabit caput.

Pſal. CXI.

COnfitebor tibi Domine toto corde meo, in conſiliis rectorum, & in congregationibus.

2 Magna ſunt opera Domini, & probata ſunt in *omnibus voluntates ejus. * Arm. ſing.

3 Confeſſio & magnificentia ſunt opera ejus juſtitia ejus manet in ſecula ſeculorum.

4 In memoriam reduxit mirabilia ſua juſtis, miſericors miſerator eſt Dominus

5 Eſcam Dedit religioſis ſuis.

6 Recordatus eſt in ſecula teſtamentum ſuum, virtutem operum ſuorum, præcepit populo ſuo.

7 Dare iis hæreditatem gentium, & opera manuum ejus juſtitia & judicia ſunt

8 Fidelia ſunt, omnia mandata ejus, confir-

confirmata ſunt in ſecula ſeculorum, facta ſunt veritate & rectitudine.

9 Salutem miſit Dominus populo ſuo, mandavit in æternum teſtamentum ſuum ſanctum, & terribile eſt nomen ejus.

10 Initium ſapientiæ timor Domini, iutellectus bonus omnibus qui faciunt eum, & laus ejus manet in ſecula ſeculorum.

Pſalm. CXII.

BEatus eſt vir qui timet è Domino, mandata ejus *expetit valdè. * Arm. *vult.*

2 Potens erit in terra ſemen ejus, & generatio rectorum laudabitur.

3 Gloria & magnificentia ſunt in domo ejus, juſtitia ejus manet in ſecula ſeculorum.

4 Effulſit in tenebris lux rectis, miſericors miſerator & juſtus eſt Dominus.

5 Suavis vir miſeretur & mutuò dat, ad vivum exprimit verba ſua in judicio.

6 Quoniam in æternum non commovebitur.

7 Memorandus in æternum erit juſtus, è rumore malo ipſe non timebit.

8 Paratum eſt cor ejus ſperare in Domino

9 Confir-

9 Confirmatum eſt cor ejus, & ipſe non timebit donec videat inimicos ſuos.

10 Diſperſit & dedit pauperibus, juſtitia ejus manet in ſecula ſeculorum, & cornu ejus exaltabitur gloria.

11 Peccator videbit, & iraſcetur, dentibus ejus frendebit, & tabeſcet, & exultatio peccatorum peribit.

Pſal. CXIII.

LAudate pueri Dominum, & laudate nomen Domini.

2 Sit nomen Domini laudatum ex hoc nunc uſque in ſeculum.

3 Ab ortu uſque ad occaſum ſolis benedictum eſt nomen Domini.

4 Excelſus eſt ſuper omnes generationes Dominus, & in Cælis eſt gloria ejus.

5 Quis eſt ſicut Dominus Deus noſter in excelſis habitans, humilia reſpicit in Cælis & in terra.

6 Suſcitat pauperes è terra, & exaltat afflictos à lutoſis.

7 Sedere facit eos inter principes cum principibus populi ſui.

8 Habitare facit ſterilem in domo animo gaudentem quaſi matrem filiorum exultantem.

Pſal. CXIIII.

CUm exiret Iſrael ex Ægypto, domus Jacob de populo alienigenarum
2 Fuit Judæa ſanctitas ejus, & Iſrael principatus ejus.
3 Mare vidit, & fugit, & Jordan retroverſus eſt.
4 Montes exultarunt ſicut arietes, & colles ſicut agniculi ovium.
5 Quid eſt tibi mare quod vidiſti & fugiſti? vel tu Jordan quod retrò verſus es?
6 Montes exultaſtis ſicut arietes, & colles ſicut agniculi ovium.
7 E facie Domini commota eſt terra, è facie Dei Jacobi.
8 Qui convertit petram in ſtagna aquarum, & rupes in fonticulos.

Pſal. CXV.

NOn nobis Domine, non nobis, ſed nomini tuo da gloriam, propter miſericordiam & veritatem tuam.
2 Nequandò dicant in gentibus, ubi eſt Deus eorum?

3 Deus noſter in Cælis & in terra, omne quodcunque voluit etiam fecit.

4 Simulachra gentium aurum & argentum ſunt, opera manuum ſunt filiorum hominum.

5 Os habent & non loquuntur, oculos habent & non vident.

6 Aures habent & non audiunt, nares habent & non odorantur.

7 Manus habent & non palpant, pedes habent & non ambulant, & non eſt ſermo in gutture eorum.

8 Similes iis erunt qui fecerunt ea, & omnes qui ſperarunt in iis.

9 Domus Iſraelis ſperavit in Domino, adjutor & ſuſceptor eſt eorum.

10 Domus Aaronis ſperavit in Domino, adjutor & ſuſceptor eſt eorum.

11 Religioſi Domini ſperarunt in Domino, adjutor & redemptor eſt eorum.

12 Recordatus eſt noſtri Dominus & benedixit nobis, benedixit Dominus domui Iſraelis, benedixit Dominus domui Aaronis.

13 Benedixit Dominus religioſis ſuis parvis & magnis.

14 Adjiciet vobis Dominus, vobis & filiis veſtris.

15 Benedixit

15 Benedicti estis vos à Domino qui fecit Cælos & terram.

16 Cæli Cælorum Domini sunt, & terram dedit filiis hominum.

17 Non quòd mortui benedicent tibi, neque omnes qui descendunt in infernum.

18 Sed nos vivi benedicemus tibi Domine, ab hoc nunc usque in æternum.

Psal. CXVI.

DIlexi, quoniam audiet Dominus vocem orationis meæ.

2 Inclinavit aurem suam ad me, & ego in diebus meis clamavi ad eum.

3 Circumdederunt me terrores mortis, & dolores infernorum invenerunt me.

4 Angustiam & ærumnam inveni, & nomen Domini invocavi.

5 O Domine libera animam meam, misericors Deus miserere, & custodi pueros, Domine.

6 Humiliatus sum & Dominus servavit me.

7 Convertere anima mea in requiem tuam quia Dominus adjutor fuit tibi.

8 Liberavit animam tuam à morte, o-

culos meos à lachrymis, & pedes meos à ſcandalo.

9 Contentus ero coram Domino in terra vivorum.

10 Credidi quod loquutus ſum, & ego humiliatus ſum valdè.

11 Ego dixi in admiratione mea quod omnis homo mendax eſt.

* Arm. *ſing.* 12 Quid retribuam Domino pro *omnibus quæ dedit mihi?

13 Calicem ſalutis accipiam, & nomen Domini invocabo.

14 Orationes meas Domino dabo coram univerſo populo ejus.

15 Pretioſa eſt coram Domino mors ſanctorum ſuorum.

16 O Domine ego ſervus tuus ſum, ſervus & filius ancillæ tuæ.

17 Dirupiſti vincula mea, tibi offeram ſacrificium laudis, & nomen Domini invocabo,

18 Orationes meas Domino dabo coram univerſo populo ejus.

19 In atriis domus Domini, in medio tui Hieruſalem.

Pſalm.

Pſal. CXVII.

BEnedicite Dominum omnes gentes: laudate eum omnes populi.

2 Invaleſcet miſericordia ejus ſuper nos, veritas Domini manebit in æternum.

Pſal. CXVIII.

COnfitemini Domino, quoniam bonus eſt, quoniam ab æterno miſericordia ejus.

2 Dicat domus Iſraelis quòd bonus eſt, quoniam *&c.*

3 Dicat domus Aaronis quòd in ſeculum.

4 Dicant religioſi Domini quod in ſec.

5 In anguſtia ego ad Dominum clamavi, & audivit me in amplo.

6 Deus eſt adjutor meus, & ego non timebo quid faciat mihi homo.

7 Deus eſt adjutor meus, & ego deſpiciam inimicos meos.

8 Melius eſt ſperare in domino quam ſperare in hominibus, melius eſt ſperare

in Domino quam sperare in principibus.

9 Omnes gentes circumdederunt me, & nomine Domini superavi eos.

10 Circumdando circumdederunt me, obsederunt me simul, & nomine Domini expuli eas.

11 Circumdederunt me sicut apes, exarserunt, crepitarunt sicut spinæ in igne, & nomine Domini expuli eas.

12 In expellendo aversus sum, & fui fere præcipitatus, & Dominus suscepit me.

13 Fortitudo & auxilium meum Dominus, & fuit mihi in salutem.

14 Vox exultationis salutis in tabernaculis justorum.

15 Dextera Domini fecit virtutem, dextera Domini exaltavit me, & dextera Domini fecit virtutem.

16 Non moriar sed vivam, & narrabo opera Domini.

17 Castigando castigavit me Dominus, & ad mortem non tradidit.

18 Aperite mihi portas justitiæ, ut ingrediar per *eas, & confitear Domino.

* Arm. eam.

19 Hæc porta Domini est, & Justi ingrediuntur per eam.

20 Confitebor tibi Domine, quoniam audisti

audiſti me, & fuiſti mihi in ſalutem.

21 Lapis quem aſpernati ſunt ædificatores, hic factus eſt caput anguli.

22 A Domino fuit hoc, & eſt mirabile coram oculis noſtris.

23 Hæc dies eſt quam fecit Dominus venite, exultemus, & lætemur in ea.

24 O Domine, libera, O Domine, ducas.

25 Benedictus qui venit in nomine Domini, & benediximus vobis de domo Domini.

26 Dominus Deus noſter illuxit nobis, conſtituite diem feſtum lætitiæ diluculo, uſque ad angulos altaris.

27 Deus meus es tu, & confitebor tibi, Deus meus es tu, & exaltabo te.

28 Confitebor tibi Domine, quia audiſti me, & fuiſti mihi in ſalutem.

29 Confitemini Domino, quoniam bonus eſt, quoniam in æternum eſt miſericordia ejus.

Pſal. CXIX.

BEati ſunt immaculati in via, & qui ambulant in lege Domini.

2 Beati qui scrutantur testimonia ejus, toto corde suo quærunt eum.

3 Utinam qui operantur iniquitatem in viis ejus ambularent.

4 Tu mandasti mandata tua, ut custodirem diligenter.

5 Utinam secundæ essent mihi viæ meæ, dum custodirem justificationes tuas.

6 Tunc temporis ego non erubescerem, dum inspicerem mandata tua.

7 Confitebor tibi Domine in rectitudine cordis mei, sicuti didici judicia justitiæ tuæ.

8 Judicia tua custodiam, nè derelinquas me usque in perpetuum.

II.

9 In quo diriget adolescens vias suas, nisi custodiendo verba tua? toto corde meo perquisivi te.

10 Nè repellas me à mandatis tuis.

* Arm. *tibi,*

11 In corde meo abscondi verba tua, ut non peccem *in te.

12 Benedictus es tu Domine doce me †justificationem tuam.

† Arm. *plural.*

13 Labiis meis pronuntiabo omnia judicia oris tui.

14 In viis testimoniorum tuorum gavisus

viſus ſum, ſicuti in omni magnitudine.

15 In mandatis tuis occupatus ſui, & meditatus ſum in viis tuis.

16 Judicia tua eloquutus ſum, & non oblitus ſum verba tua.

III.

17 Retribue ſervo tuo, ut vivam & cuſtodiam verba tua,

18 A ſomno excita oculos meos, & inſpiciam in mirabilia legis tuæ.

19 Indigens ego ſum in terra, nè ababſcondas à me mandata tua

20 Exoptavit anima mea dum deſiderarem judicia tua in omni tempore.

21 Increpaſti ſuperbos, maledicti qui declinarunt à mandatis tuis.

22 Remove à me opprobria & deſpicientias, quoniam teſtimonia tua quæſivi.

23 Nam ſederunt principes, & mala loquebantur de me, ſed ſervus tuus meditatus eſt in juſtificationibus tuis.

24 Quoniam teſtimonia tua ſermo meus erant, & meditationes meæ juſtitia tua.

IV.

25 Appropinquavit anima mea pulveri, Domine vivifica me ſecundum verbum tuum.

26 Vias

26 Vias meas enuntiavi tibi, & audiſti me, doce me juſtitiam tuam.

27 In viis juſtificationum tuarum fac me intelligere, & ſcrutabor mirabilia tua

28 Dormitavit anima mea cùm tædio affectus eram, confirma me in verbis tuis

* Arm. *fac proeul.*

29 Vias peccatorum * amove à me, & in lege tua miſerere mei.

30 Vias veritatis tuæ elegi, & judicia tua ego non ſum oblitus.

31 Appropinquavi ego teſtimoniis tuis, Domine, nè erubeſcere facias me.

32 In viis mandatorum tuorum cucurri, quoniam dilataſti cor meum.

V.

33 Legis exemplum fac me Domine in viis judiciorum tuorum, & exquiram eam in omni tempore.

34 Me fac intelligere Domine, & ſcrutabor legem tuam, & cuſtodiam illam toto corde meo.

35 Ducito me in ſemitis mandatorum tuorum, quia in iis contentus acquievi.

36 Inclina cor meum ad teſtimonia tua, & non ad avaritiam.

37 Averte oculos meos ut non videam vanitatem, in viis tuis vivifica me.

38 Confir-

38 Confirma ſervo tuo verbum tuum in timore tuo.

39 Amove à me opprobria quæ ſuſpicatus ſum, quia tribunalia tua jucunda ſunt.

40 Ecce concupivi mandata tua, in æquitat. tua vivifica me.

VI.

41 Veniet ſuper me miſericordia tua, Domine, & ſalus tua ſecundum verbum tuum.

42 Dabo reſponſum (iis) qui contumelioſè tractant me verbis, quoniam ego in verbis tuis ſperavi.

43 Nè elonges ab ore meo verbum veritatis uſque valdè, quia in judiciis tuis ſperavi.

44 Cuſtodiam legem tuam in omni tempore, in ſeculum, & in ſeculum ſeculorum.

45 Ambulabam ego in * amplitudine, quia mandata tua quæſivi. * Arm. *amplo.*

46 Loquebar de teſtimoniis tuis coram Regibus, & non erubeſcebam. † Arm. *obſerua caſum commo-*

47 Meditabar in mandatis tuis, quæ dilexi.

48 Levavi manus meas †ad mandata tua *rativum*

tua quæ dilexi, & meditabar in æquitate tua.

VII.

49 Memento verbi ſervo tuo in quo ſperare feciſti me.

50 Hoc conſolabitur me in humilitate mea, quoniam verbum tuum vivificavit me.

51 Superbi inique egerunt contra me valdè, ſed à lege tua ego non declinavi.

52 Memini judiciorum tuorum à ſeculo, Domine, & ſolatium percepi.

53 Triſtitia apprehendit me, pro peccatoribus & (iis) qui derelinquunt legem tuam.

54 Laudabilia ſunt mihi judicia tua, in loco peregrinationis meæ.

55 Recordatus ſum in nocte nominis tui, Domine, & cuſtodivi legem tuam.

56 Hæc fuit mihi via vitæ, quòd juſtificationes tuas quæſiverim.

VIII.

57 Portio mea es tu, Domine, dixi quod cuſtodiam legem tuam.

58 Oravi ad faciem tuam toto corde meo, miſerere mei ſecundum verbum tuum.

Meditatus

59 Meditatus ſum in viis meis, & converti pedes meos in teſtimonia tua.

60 Paratus ſum & non conturbatus ſum, ut cuſtodiam mandata tua.

61 Funes peccatorum obſederunt me, ſed legem tuam ego non ſum oblitus.

62 In media nocte ſurgebam ut gratias agerem ad te, propter judicium, & æquitatem tuam.

63 Particeps eram ego omnium religioſorum tuorum, & eorum qui cuſtodierunt mandata tua.

64 Miſericordiâ Domini, plena fuit terra: juſtificationes tuas oſtende mihi.

I X.

65 Declarationem feciſti ergà ſervum tuum, Domine, ſecundùm verbum tuum

66 Delectationem, & diſciplinam, & ſcientiam doce me, quia mandatis tuis credidi.

67 Uſquè dùm humiliarer ego peccavi, propterea verba tua cuſtodivi valdè.

68 Dulcis es tu Domine, & dulcedine tua oſtende mihi juſtificationes tuas.

69 Multiplicatæ ſunt in me iniquitates ſuperborum, ſed ego toto corde meo ſcrutatus ſum mandata tua.

70 Coagulatum

* Arm. *corda.* 70 Coagulatum eſt ſicut lac *cor eorum, ſed ego legem tuam meditatus ſum

71 Bonum eſt mihi, quod humiliaſti me, ut discerem juſtificationes tuas.

72 Meliores ſunt mihi leges oris tui quam millia auri & argenti.

X.

73 Manus tuæ fecerunt & creaverunt me: intelligentem facias me & diſcam mandata tua.

74 Religioſi tui videbunt me & exultabunt, quia ego in verbis tuis ſperavi.

75 Cognovi, Domine, quod *æqua ſunt judicia tua, in veritate humiliaſti me.

* Arm. *equitate*

76 Sit miſericordia tua ad conſolandum me, ſecundum verbum tuum ſervo tuo.

77 Veniant †mihi miſerationes tuæ, & vivam, quia leges tuæ ſermo meus erant.

† Arm. *in me.*

78 Erubeſcant ſuperbi qui abſque cauſa injuriam fecerunt in me, ſed ego occupatus fui in mandatis tuis.

79 Erudient me religioſi tui, & qui cognoſcunt teſtimonia tua.

80 Sit cor meum immaculatum in juſtificatione tua, ut non erubeſcam.

81 De-

XI.

81 Defecit anima mea in ſalute tua, quoniam ego in verbis tuis ſperavi.

82 Expectaverunt oculi mei verbum tuum : dixi, quando conſolaberis me?

83 Fui ego ſicut uter in aperto cælo, quoniam juſtificationes tuas ego non ſum oblitus.

84 Quot quot ſunt dies ſervi tui, quando facies mihi judicium de perſequutoribus meis?

85 Narraverunt mihi iniqui ſecreta, ſed non juxta legem tuam.

86 Omnia mandata tua vera ſunt, abſquè cauſâ perſequuti ſunt me, adjuva me.

87 Paulò minùs perdebant me in terra, ſed ego non dereliqui mandata tua.

88 Secundum miſericordiam tuam vivifica me, & cuſtodiam teſtimonia oris tui.

XII.

89 In æternum, Domine, verbum tuum perſiſtit in cælo.

90 A generatione in generationem veritas tua ; fundaſti terram, perſiſtit & permanet. * Arm. *omnis*

91 Mandato tuo permanet dies, quoniam *omnia ſerviunt tibi. *ſervus tuus eſt.*

92 Nisi leges tuæ ſemo meus eſſet, præoccupatus fuiſſem, utiquè periiſſem in humilitate mea.

93 In æternum non obliviſcar juſtificationes tuas, quoniam illis vivificaſti me.

94 Tuus ſum ego, & vivifica me, quoniam juſtificationes tuas perquiſivi.

95 Me expectaverunt peccatores ad perdendum (me) quoniam teſtimonia tua ego intellexi.

96 In omni extremitate vidi exitum, valdè lata erant mihi mandata tua.

XIII

97 Quomodò dilexi leges tuas? per dicem totam ſermo meus erant.

98 Inimicis meis intelligentiorem feciſti me in mandatis tuis.

99 Quoniam ab æterno mea erant, omnibus præceptoribus meis intelligentior fui, quia teſtimonia tua ſermo meus erant.

100 Senioribus meis intelligentior fui, quoniam mandata tua ſcrutatus ſum.

101 Ab omnibus viis malis detinui pedes meos ut cuſtodiam verba tua.

102 A judiciis tuis ego non declinavi, quoniam

quoniam tu legis ſtatutum feciſti me.

103 Quam dulcia ſunt in naribus meis verba tua (dulciora) melle ori meo?

104 In mandatis tuis eruditus, odi omnes vias malorum, quoniam legis ſtatutum feciſti me.

XIV.

105 Lucerna eſt verbum tuum pedibus meis, & lumen præbet ſemitis meis.

106 Juravi & ſtatui ut cuſtodiam omnia judicia juſtitiæ tuæ.

107 Humiliatus ſum uſquè valdè, Domine vivifica me ſecundum verbum tuum.

108 Juxta voluntatem oris me contentus eſto, Domine, & judicia tua doce me.

109 Omnia mea in manibus meis in omni tempore, & legem tuam ego non ſum oblitus.

110 Poſuerunt mihi peccatores laqueum, à mandatis tuis ego non erravi.

111 Hæreditario poſſedi teſtimonia tua in æternum, qnoniam exultatio eſt cordis mei.

112 Inclinavi cor meum ad perficiendas juſtificationes tuas, in æternum, propter retributionem.

XV.

113 Iniquos odio habui, & leges tuas dilexi.

114 Adjutor & Redemptor meus es tu, & ego in verbo tuo speravi.

115 Procul estote à me mali, & scrutabor mandata Dei mei.

116 Adjuva me secundum verbum tuum, & vivifica me, & nè erubescere facias me præ expectatione mea.

117 Adjuva me & conserva me, & meditabor in judiciis tuis in omni tempore.

118 Aspernatus es omnes qui rebelles facti sunt à justificationibus tuis, quoniam iniqua erant concilia eorum.

119 Fugaces æstimavi omnes peccatores terræ, propterea dilexi mandata tua.

120 Clavis confige secundum timorem tuum corpus meum, quoniam è judiciis tuis timui valdè.

XVI.

121 Feci judicia & justitiam, ne trada me in manus obsessorum meorum.

122 Suscipe servum tuum in bonum, ut superbi non calumnientur me.

123 Intent

123 Intenèi fuerunt oculi mei ſaluti tuæ Domine, & verbis juſtitiæ tuæ.

124 Fac cum ſervo tuo ſecundum miſericordiam tuam, juſtificationes tuas doce me.

125 Servus tuus ſum ego, intelligentem facias me & cognoſcam teſtimonia tua.

126 Tempus eſt colendi Dominum, diſſipaverunt legem tuam,

127 Propterèa dilexi mandata tua, pluſquàm aurum & Topazion.

128 Omnia mandata tua profuerunt mihi, quoniam odio habui ego vias malorum.

XVII.

129 Mirabilia ſunt teſtimonia tua, propterèa dilexit ea anima mea.

130 Declaratio verborum tuorum illuminat, & intelligentes reddit pueros.

131 Os meum aperui & accepi ſpiritum, in mandata tua tranſlata eſt anima mea.

132 Reſpice ad me & miſerere mei, ſecundùm judicia diligentium nomen tuum.

133 Vias meas rectifica mihi ſecundùm verbum ruum, & nè dominentur

mihi omnia peccata.

134 Libera me à convitiis hominum, & cuſtodiam mandata tua.

135 In conſpectum profer vultum tuum ſervis tuis, & oſtende mihi juſtificationes tuas.

136 Stagna aquarum deſcenderunt ab oculis meis, quia non cuſtodieruut leges tuas.

XVIII.

137 Juſtus es tu Domine, & recta ſunt judicia tua.

138 Mandaſti juſtitiam teſtimoniorum tuorum, & recta ſunt maximè.

139 Liquavit me zelus tuus, quia obliti ſunt verba tua inimici mei.

140 Selecta ſunt verba tua valdè, & ſervus tuus dilexit ea.

141 Parvulus ſum ego, & deſpectus, & juſtificationes tuas ego non ſum oblitus.

142 Juſtitia tua, juſtitia in æternum, & leges tuæ veræ ſunt.

143 Anguſtiæ & tribulationes invenerunt me, & mandata tua ſermo meus erant.

144 Æquitate ſunt teſtimonia tua in æternum,

æternum, intelligentem fac & vivifica me.

XIX.

145 Clamavi ad te toto corde meo, exaudi me Domine, quoniam juſtificationes tuas quæſivi.

146 Vocavi ad te, & libera me, & cuſtodiam teſtimonia tua.

147 Præveni ſummo manè. clamavi, & ego in verbo tuo ſperavi.

148 Prævenerunt oculi mei diluculò, dum loquerer verba tua.

149 Vocem meam audi Domine ſecundum miſericordiam tuam, Domine, in judiciis tuis vivifica me.

150 Propiùs admoverunt *ad me perſequutores mei iniquitatem, quoniam à legibus tuis procul ſejuncti fuerunt. * Arm. *in me.*

151 Appropinquas tu Domine, & omnia mandata tua vera ſunt.

152 Ab initio cognovi de teſtimoniis tuis, qoniam in æternum ſtatuiſti ea.

XX.

153 Vide humilitatem meam, & libera me, quia legem tuam ego non ſum oblitus.

154 Judica judicum meum & libera

me, & ſecundum verbum tuum vivifica me.

155 Remota eſt à peccatoribus ſalus, quoniam judicia tua non cuſtodierunt.

156 Miſericordiæ tuæ multæ ſunt, Domine, & ſecundum judicia tua vivifica me.

157 Multi ſunt qui perſequuntur & tribulant me, à teſtimoniis tuis ego non declinavi.

158 Reſpiciebam ad *iniquos, & tabeſcebam, quia mandata tua non cuſtodierunt.

* Arm. *adverſarios illogis.*

159 Vide, quoniam mandata tua dilexi, Domine, miſericordiâ tuâ vivifica me.

160 Principium verborum tuorum veritas eſt, in æternum ſunt omnia judicia juſtitiæ meæ.

XXI.

161 Principes perſequuti ſunt me gratis, & à verbis tui extimuit cor meum.

162 Lætatus ſum ego in verbis tuis ſicut ipſe qui invenit ſpolia multa.

163 Peccata odio habui, & abominatus ſum, & legem tuam dilexi.

164 Septies in die laudabo te propter judicia & æquitatem tuam.

165 Pax

165 Pax multa est illis, qui diligunt legem tuam, & non est in illis scandalum.

166 Speravi salutem tuam, Domine, & mandata tua dilexi.

167 Custodivit anima mea testimonia tua, & dilexit ea valdè.

168 Custodivi mandata tua, & testimonia tua. quia omnes viæ meæ coram te sunt.

XXII.

169 Appropinquent petitiones meæ coram te, Domine, secundum verbum tuum intelligentem facias me.

170 Intrent orationes meæ coram te, Domine, & verbo tuo libera me.

171 Eructabunt labia mea laudem tuam, cùm docueris me justificationes tuas.

272 Loquetur lingua mea verba tua, quia omnia mandata tua æquitate sunt.

173 Sit manus tua ad auxiliandum me, quoniam mandata tua elegi.

174 Concupivi salutem tuam, Domine, & leges tuo sermo meus erant.

175 Vivet anima mea, (&) laudabit te, & judicia tua adjuvabunt me.

176 Erravi ego sicut ovis deperdita, quære servum tuum quia mandata tua ego non sum oblitus.

Pſal. CXX.

IN anguſtia mea ego ad Dominum clamavi, & audivit me.

2 Dominus liberavit animam meam è labiis doloſis, & è lingua mala.

3 Quid dabitnr tibi, vel quid apponetur linguæ doloſæ?

4 Sicut ſagitiæ potentis, quando acutæ efficiuntur prunis quercus.

5 Hei mihi quia prolongata fuit peregrinatio mea, habitavi ego in taberhaculis Cedar.

6 Multoties habitavit anima mea cum iis qui odio habebant ſalutationem.

7 Ego eram pacificus; quando loquebar certabant mecum.

Pſal. CXXI.

LEvavi oculos meos in montes, unde veniet mihi auxilium.

2 Auxilium mihi à Domino veniet, qui fecit cælum & terram.

3 Non dabit in commotionem pedem tuum, neque dormiſcet cuſtos tuus.

4 Sicuti non dormiſcit, neque in ſomnum proficiſcitur cuſtos Iſraelis. 5 Do-

5 Dominus cuſtodiet te, & Dominus ſuſcipiet te, dexterâ manu ſuâ.

6 Sol in die in *te non peccabit, neque luna in nocte. * Arm. *tibi.*

7 Dominus cuſtodiet te ab omni malo, cuſtodiet Dominus animam tuam.

8 Dominus cuſtodiet introitum & exitum tuum, ab hoc nunc uſque in æternum.

Pſal. CXXII.

LÆtatus ſum ego (cum iis) qui dicebant mihi in domum Domini proficiſcamur nos.

2 Firmiter ſtabant pedes noſtri ad portas tuas Hieruſalem.

3 Hieruſalem ædificata ſicut civitas, & habitatio ſua circa eam.

4 Ibi aſcenderunt familiæ, familiæ Domini, teſtimonium Iſraelis, ad confitendum nomini Domini.

5 Ibi fixus fuit thronus Judicii, thronus fixus fuit in domo Davidis.

6 Salutate Hieruſalem & ædificationem, (vos) qui diligitis Dominum.

7 Sit pax in exercitu tuo, & habitatio in turri, & in munitis tuis.

8 Propter

8 Propter fratres & ſocios meos loquutus ſum pacem pro te.

9 Propter domum Domini Dei noſtri, petivimus benignitatem pro te.

Psal. CXXIII.

AD te, Domine, levavi oculos meos, qui habitaſti in Cælis.

2 Sicut oculi ſervi ad manum Domini ſui, ſicut oculi ancillæ ad manum Dominæ ſuæ.

3 Sic ſunt oculi noſtri ad te, Domine Deus noſter, donec miſereare ſuper nos.

4 Miſerere noſtri, Domine, miſerere noſtri, quia multùm repleti ſumus convitiis.

5 Etiam magis repletæ ſunt animæ noſtræ contumeliis (eorum) qui contumelioſè tractabant nos, & convitiis ſuperborum.

Psalm. CXXIV.

NIſi Dominus fuerat apud nos, dicat Iſrael, niſi Dominus fuerat apud nos.

2 Cum exurgerent homines adverſùm nos,

nos, vivos voluiſſent deglutire nos.

3 Cum iraſcerentur indignatione eorum adverſùm nos, poſtea & aquæ abſorbuiſſent nos.

4 Per torrentes tranſiviſſent animæ noſtræ, & rranſiviſſent animæ noſtræ per torreutes turbidos.

5 Benedictus eſt Dominus qui non dedit nos in prædam dentibus eorum.

6 Animæ noſtræ evaſerunt ſicut avis de laqueo venatorum.

7 Laquei eorum contriti ſunt, & nos evaſimus.

8 Auxilium eſt nobis à nomine Domini, qui fecit Cælos & terram.

Pſal. CXXV.

QUi ſperat in Domino, ſicut mons Sion non commovebitur in æternum, qui habitat in Hieruſalem.

2 Montes circundant eum, Dominus circundat populum ſuum ab hoc nunc uſque in æternum.

3 Non relinquit Dominus virgam peccatorum in ſorte rectorum, & recti non extendent manus ſuas ad iniquitatem.

4 Benefacit Dominus bonis, & iis qui recti ſunt cordibus. 5 Sed

5 Sed declinatos ad rapinam, aufert eos Dominus cum iis qui operantur iniquitatem, pax super Israel.

Psal. CXXVI.

CUm converteret Dominus captivitatem Sionis, fuimus nos consolati.

2 In eo tempore impleta sunt ora nostra gaudio, & linguæ nostræ exultatione

3 In eo tempore dicent inter gentes, magnificavit Dominus gesta sua nobiscum, & nos fuimus exultantes.

4 Converte, Domine, captivitates nostras sicut torrentes in Austro.

5 Qui arabant lachrymis, exultatione metent.

6 Eundo ibant & flebant qui emittebant semina sua, veniendo venient & exultabunt qui portabunt manipulos suos.

Psal. CXXVII.

NIsi Dominus ædificet domum frustrà laborant ædificatores ejus.

2 Nisi Dominus custodiat civitatem frustrà vtgilant custodes ejus.

3 Inane

3 Inane eſt vobis ſurgere maturè, igitur ſurgite nſque dum ſitis dormitantes, qui manducatis panem doloris.

4 In tempore quo dabit ſomnum dilectis ſuis, hæreditas mercedis filii ſunt, cujus merces ſua ſunt, hic eſt fructus ventris ſui.

5 Sicut ſagittæ in manibus potentis, ſic ſunt etiam filii excuſſorum.

6 Beatus qui implevit deſiderium ſuum ex iis, non pudore affecti erunt cum loquentur inimici eorum cum iis ad portam.

Pſal. CXXVIII.

BEati omnes qui timent à Domino, & incedunt in viis ejus.

2 Labores manuum tuarum manducabis *beatus es, & bonus eris. * Arm. *batitudo.*

3 Uxor tua ſicut vitis fœcunda in angulis domus tuæ, filii tui ſicut novellæ olivæ circa menſam tuam.

Sic benedicetur omnis homo qui timet à Domino, benedicet te Dominus à Sione.

5 Et videbis tu fælicitatem Hieruſalem in omnibus diebus vitæ tuæ.

6 Videbis tu filios filiorum tuorum, pax ſuper Iſrael.

Pſalm.

Psal. CXXIX.

SÆpè dimicarunt mecum à juventute mea, dicat Israel.

2 Sæpe dimicarunt mecum à juventute mea,& mihi non prævaluerunt.

3 Dorsum meum percusserunt peccatores, prolongarunt iniquitates suas.

4 Dominus justus est, & conterit dorsum peccatorum.

5 Pudore afficiantur & retrorsum convertantur omnes qui odio habent Sion.

6 Sint ipsi sicut fœnum tectorum quod priusquam in manipulum veniret exaruit

7 Undè non implevit manipulum suum messor, neque sinum suum qui complexum colligebat.

8 Non dixerunt omnes qui prætereibant apud semet ipsos, quod benedictio Domini apud vos,& benedximus vobis in nomine Domini.

Psal. CXXX.

DE profundis clamavi ad te, Domine, audi vocem meam.

2 Fiant aures tuæ, ad audiendum vocem orationum mearum. 3 Si

3 Si iniquitates scruteris Domine, Domine etiam quis potest stare coram te, quia à te est propitiatio.

4 Propter nomen tuum expectabam, Domine, expectavit anima mea nomen tuum, speravit anima mea in Domino.

5 A custodia matutinâ usque ad vesperam, à custodia matutina speravit in Domino.

6 A Domino est misericordia multa, & ab eo est redemptio, & ipse liberavit Israel ab omnibus angustiis ejus.

Psal. CXXXI.

DOmine non exaltatum est cor meum, neque effluxerunt oculi mei.

2 Non ambulavi ego cum magnatibus, neque cum iis qui me mirabiliores fuerunt.

3 Sed humiliatus sui ego sicut puer ablactatus à mamma matris ejus, & conversus retro ad eam.

4 Si verò superbam reddidi utique animam meam, sic fiat retributio animæ meæ, spera Israel in Domino ab hoc nunc usque in æternum.

Psal. CXXXII.

MEmento Domine Davidis, & omnis manſuetudinis ejus.

2 Sicut juravit Domino, & vovit Deo Jacobi.

3 Quod non ingrediar in tabernaculum domus meæ, ſi aſcendam in ſtratum lecti mei.

4 Si dedero ſomnum oculis meis, vel ſoporem palpebris meis vel requiem membris meis, donec inveniam locum pro tabernaculo Domini Dei Jacobi.

5 Ecce audivimus de eo in Ephrata, & invenimus eam in campis Cedrorum.

6 Introibimus in tabernacula ejus, adorabimus in loco ubi ſteterunt pedes ejus.

7 Surge Domine in requie tua, tu & arca teſtamenti ſanctificationis tuæ.

8 Sacerdotes tui induantur juſtitiâ, & ſancti tui exultando exultent.

9 Propter David ſervum tuum nè avertas faciem tuam ab uncto tuo.

10 Juravit Dominus David veritate, & non mentitus eſt ei, de fructu ventris tui ſedere faciam ſuper thronum tuum.

11 Si cuſtodierint filii tui legem meam,

am, & testimonia mea quæ docebo eos.
12 Filii eorum sedebunt in secula seculorum super thronum tuum.
13 Oblectatus est Dominus cum Sione, & elegit habitare in ea.
14 Dixit hæc est quies mea in secula seculorum, in ea habitabo, quoniam oblectatus sum cum ea.
15 Pupillos ejus benedicendo benedicam, & pauperes ejus saturabo pane.
16 Sacerdotes ejus induam salute, & sancti ejus exultando exultabunt.
17 Ibi oriri faciam cornu Davidi, præparabo lucernam unctо meo.
18 Inimicos ejus induam pudore, sed super eum efflorebit sanctitas mea.

Psal. CXXXIII.

QUam benevolum est, quam pulchrum est, ut inhabitent fratres simul!
2 Sicut oleum quod descendit in caput & barbam Aaronis, & à barba descendit in fimbriam vestimenti ejus.
3 Sicut ros quando rorat ab Hermone super montem Sion.

4 Dominus ibi præparavit laudem & vitam in æternum.

Psal. CXXXIV.

HIc benedicite omnes servi Domini Dominum, qui statis in domo Domini, & in atriis Dei nostri.

2 In nocte levate manus vestras ad sanctitatem & benedicite Dominum.

4 Benedicet nobis Dominus è Sion, qui fecit Cælos & terram.

Psal. CXXXV.

LAudate nomen Domini, laudate servi Domini Dominum.

2 Qui statis in domo Domini & in atriis Dei nostri.

3 Laudate Dominum quia bonus est, Psalmos dicite nomini ejus quoniam suave est.

4 Jacobum elegit (in) suum Dominus, & Israelem hæreditatem suam.

5 Ego cognovi quod magnus est Dominus, & Dominus major est omnibus simulacris.

6 Omnia quæcunque voluit fecit Dominus

minus in Cælis & in terra, in mari, & in omnibus profundis.

7 Educit nubes è finibus terræ, fulgura ſua in pluviam fecit, & educit ventum ex horreis ſuis.

8 Percuſſit omnia primogenita Ægyptiorum ab homine uſque ad jumenta.

9 Miſit ſigna & prodigia ſua in medio tui Ægypte, in Pharaonem & in omnem exercitum ejus.

10 Percuſſit gentes multas & occidit reges fortes.

11 Sehon regem Amoræorum, Og regem Baſan, & omnia regna Chanaaneorum.

12 Dedit terram eorum in hæreditatem, hæreditatem Iſraeli populo ſuo.

13 Domine, nomen tuum in æternum: Domine, memoriale tuum à generatione in generationem.

14 Judicat Dominus populum ſuum, & in ſervis ſuis ſeipſum conſolatur.

15 Simulachra gentium argentum & aurum ſunt, opera manuum ſunt filiorum hominum.

16 Ora ſunt (iis) & non loquuntur, oculi ſunt & non vident.

17 Aures ſunt & non audiunt, & non

eſt ſpiritus in oribus eorum.

18 Similes illis erunt qui fecerunt ea, & omnes qui ſperaverunt in iis.

19 Domus Iſraelis laudate Dominum, domus Aaronis laudate Dominum.

20 Domus Levi laudate Dominum, & religioſi Domini laudate Dominum.

21 Benedictus Dominus è Sion, qui habitat in Hieruſalem.

Pſal. CXXXVI.

COnfitemini Domino quia bonus eſt : quia in æternum eſt miſericordia ejus.

2 Confitemini Deo Deorum : quia in æternum &c.

3 Confitemini Domino Dominorum; quia

4 Fecit mirabilia magna ſolus : quia

5 Cælos fecit ſapientiâ ſuâ : quia

6 Frmavit terram ſuper aquas : quia

7 Fecit luminaria magna ſolus : quia

8 Solem fecit principem diei : quia in æternum.

* Arm. *ſing.* 9 Lunam & ſtellas *principes noctis: quia in æternum.

10 Percuſſit terram Ægyptiorum unà cum

cum primogenitis ſuis : quia in æternum.

11 Et eduxit Israelem è medio ejus: quia in æternum.

12 In manu excelſa, & in brachio valido ; quia

13 Diviſit mare magnum (per) medium, & ſecuit in duas particulas : quia

14 Et tranſire fecit Israelem per medium ejus : quia

15 Submerſit Pharaonem & exercitum ejus in mari rubro, quia in æternum.

16 Et duxit populum ſuum in deſertum, quia

17 Percuſſit gentes permagnas ſolus: quia

18 Et occidit reges potentes : quia

19 Sehon regem Amorrheorum : quia

20 Og regem Baſan : quia

21 Dedit terram eorum in hæreditatem : quia

22 Hæreditatem Iſraeli ſervo ſuo, quia

23 Recordatus eſt noſtri Dominus in humilitate noſtra : quia.

24 Et liberavit nos a manibus inimicorum noſtrorum : quia

25 Qui dat eſcam omnibus viventibus : quia,

26 Confiteamur Domino Cæleſti: quia.

Pſal. CXXXVII.

AD flumina Babyloniorum ibi ſedimus & flevimus, quando recordati ſumus nos ibi Sionis.

2 In medio ſalicum eorum ſuſpendimus teſtamenta noſtra.

3 Ibi poſtulabant ductores noſtri in captivitatem verba laudationis, compulſores in captivitatem noſtri deridebant nos, & dicebant.

4 Hymnum cantate nobis de canticis Sion, ſed quomodo cantabimus cantica Domini in terra extera?

5 Si obliviſcar te Hieruſalem, oqliviſcarur mei dextera mea.

6 Adhæreat lingua mea faucibus meis ſi non meminerr tui & ſi non præpoſuero te Hieruſalem principio lætitiæ mæ.

7 Memor eſto, Domine, filiorum Edom, in diebus Heruſalem, qui dicebant, deſtruite, deſtruite, etiam uſque ad fundamentum perducite.

8 Filia Babyloniorum miſera, beatus qui retribuit retributionem tibi quam tu nobis retribuiſti.

9 Beatus

9 Beatus qui apprehendit parvulos tuos, & allisit petræ.

Pſal. CXXXVIII.

COnfitebor tibi, Domine, toto corde meo, coram angelis pſalmos dicam tibi.

2 Quoniam audiſti verba oris mei, *adorabo in templo ſancto tuo, & confitebor nomini tuo propter miſericordiam & veritatem tuam.

3 Magnificaſti ſuper †omnia nomen ſanctum tuum.

4 In quo die voco ad te ſtatim audi me, & multiplicabis virtutes in anima mea.

5 Confitebuntur *tibi omnes reges terræ, quia audierunt verba oris tui, & laudabunt vias tuas.

6 Magna eſt gloria Domini, excelſus eſt Dominus, humilia reſpicit, & ſuperbos è longinquo cognoſcit.

7 Si ambulavero ego in medio anguſtiarum, ſervabis me ab iracundia inimici.

8 Dilataſti manum tuam, & liberavit me dextera tua, & Dominus retribuet mecum.

* Arm. *terram oſculabor.*

† Arm. *omne.*

* Arm. *ad te.*

9 Domine miſericordia tua in æternum, opera manuum tuarum nè deſpicias.

Pſal. CXXXIX.

DOmine probaſti me, & cognoviſti me;

2 Tu cognoviſti ſeſſionem meam, & reſurrectionem meam;

3 Intellexiſti cogitationes meas de longinquo, ſemitas meas & ſortes tu ſcrutatus es.

4 Et omnes vias meas ab initio vidiſti, quia non eſt dolus in lingua mea.

5 Ecce, tu Domine cognoviſti ſucceſſorem meum, & anteceſſorem meum, tu creaſti me & poſuiſti manum tuam ſuper me.

6 Mirabilis fuit ſcientia tua, mihi prævaluit, & non expecto eam.

7 Quò ibo ego à ſpiritu tuo, vel à facie tua ego quò fugiam?

8 Si aſcendero in Cælum tu ibi es, ſi deſcendero in infernum, etiam & ibi ades

9 Si accipiam alas meas diluculò, & habitavero in extremitatibus maris:

10 Etiam & ibi manus tua deducet me, & dextera tua ſuſcipiet me.

11 Dixi

11 Dixi, obtenebratio utiquè velavit me, vel nox pro luce commutationis meæ.

12 Tenebræ à te non *obnubilabunt, & nox ſicut dies lucida erit, & tenebræ ejus ſicut lumen ejus. * Arm. *ſing.*

13 Tu poſſediſti renes meos, & ſuſcepiſti me de utero matris meæ.

14 Confitebor tibi Domine, quoniam formidabilis & mirabilis es, mirabilia ſunt opera tua, & anima mea dilexit valdè.

15 Non occultatum eſt os meum à te, quod feciſti in occulto, & ſutura roboris mei apud ſubterranea.

16 Inoperata mea viderunt oculi tui, & in libris tuis omnia ſcripta ſunt.

17 In die *erraverunt, & nemo fuit qui duxit eos mihi valdè magnificata eſt benevolentia tua, Deus, & valdè roborati ſunt principes eorum. * Arm. *videtur legiſſe,* pro πλανηθήσονται πλασθήσονται.

18 Denumeravi eos & plus quam arenua multiplicati ſunt, exurrexi veruntamen apud te ſum.

19 Si occideris peccatores, Deus, viri ſanguinis procul eſtote à me.

20 In contradictione & æmulatione, capient gratis civitates tuas.

21 Oſores tuos Domine odio habui, & ſuper inimicos tuos tabui. 22 Odio

22 Odio perfecto odi eos, & fuerunt mihi inimici.

23 Proba me, Deus, & cognoſce cor meum, ſcrutare me, & cognoſce ſemitas meas, & vide ſi ſint iniquitates in viis meis.

24 Et deduc me in vias tuas in æternum.

Pſal. CXL.

SErva me, Domine, ab homine malo, à viro iniquitatis libera me.

2 Cogitarunt iniquitates in cordibus ſuis, tota die præparaverunt in prælium.

3 Acuerunt linguas ſuas ipſis ut ſerpentis, & venenum aſpidum ſub labiis eorum.

4 Cuſtodi me, Domine, è manibus peccatoris, & ab homine malo libera me

5 Cogitarunt impellere greſſus meos, abdiderunt ſuperbi laqueum mihi.

6 Funes projecerunt in laqueum pedibus meis, circa ſemitas meas poſuerunt mihi ſcandulum.

7 Dixi Domino, Deus meus es tu, aurem appone, Domine, voci orationum mearum.

8 Domine, Domine, virtus ſalutis meæ

meæ umbra capitis mei in die prælii.

9 Nè tradas me, Domine, in deſiderium peccatorum, qui cogit-verunt contra me, in agro me cædere.

10 Nè quandò exaltentur, & conſilia eorum nè perficiantur.

11 Exitus finis eorum, labor labiorum ſuorum operiat eos.

12 Projicies ſuper eos carbones ignis, & perdes eos, præ afflictionibus nequient vivere.

13 Viro linguaci nil proſperum erit ſuper terram, virum ſceleſtum mala ſua venantur in exitium.

14 Novi quòd facis, Domine, judicia pauperis, & judicia inopis.

15 Juſti gratias referent de nomine tuo, habitabunt recti coram facie tua.

Pſal. CXLI.

DOmine clamavi ad te & audiſti me, reſpice ad vocem orationum mearum quum clamavero ad te.

2 Dirigantur orationes meæ ſicut thus coram te Domine, elevatio manuum mearum ſacrificium veſpertinum.

3 Pone, Domine, cuſtodiam ori meo, &

& oſtium munitum labiis meis.

4 Non declinet cor meum verbo iniquitatis excuſando excuſationes peccatorum; cum hominibus qui operantur iniquitatem non communicabo de conſiliis eorum.

5 Corripiet me juſtus miſericordiâ, & ex adverſo faciet, oleum peccatoris non obliniet caput meum, ſed orationes meæ ad voluntatem ejus.

6 Detenti fuerunt prope petram Judices eorum, audient verba mea & jucunda erunt.

7 Sicut denſitas glebæ quando dirupta eſt ſuper terram, diſperſa erunt oſſa eorum ſecus infernum.

8 Ad te, Domine, Domine, ſunt oculi mei, in te ſperavi, Domine, nè deducas ſpiritum à me.

9 Cuſtodi me à laqueo qui abſconditus eſt mihi, à ſcandalo operantis iniquitatem.

10 Decidant in reticula ejus peccatores, ſolus ſum ego quoadusque pertranſeam.

Pſal. CXLII.

VOce mea ego ad Dominum clamavi, voce mea Dominum deprecatus ſum.

2 Profundam coram Domino orationes meas, & anguſtias meas coram eo declarabo, deficiendo à me ſpiritu meo.

3 Tu Domine cognoviſti ſemitas meas, in via in qua ambulabam abſconditus eſt mihi laqueus.

4 Reſpiciebam à dextera, videbam, & nemo cognoſcebat me, periit à me fuga, & non inventus eſt inquiſitor animæ mæ.

5 Clamavi ad te, Domine, & dixi, tu es ſpes & portio mea in terra viventium.

6 Reſpice, Domine, ad orationes meas, quoniam ego humiliatus ſum valdè, ſerva me à perſecutoribus meis quia prævaluerunt mihi.

7 Domine, educ è cuſtodia animam meam, gratias refero de nomine tuo, te expectant juſti donec retribuas. benedicta eſt miſeratio tua, benefice Deus, & ſemper gloria tibi.

Pſalm.

Pſal. CXLIII.

DOmine, audi orationes meas, aurem appone petitionibus meis, veritate tua, audi me juſtitiâ tuâ.

2 Et nè intres in judicium cum ſervo tuo, quia non juſtificatur coram te omnis vivens.

3 Perſequutus eſt inimicus animam meam, humiliavit in terra vitam meam, ſedere me fecit in tenebris ſicut mortuum

4 Anxiatus eſt in me ſpiritus meus, & cor meum perturbatum eſt in me.

5 Recordatus ſum dies antiquos, meditatus ſum in omnibus operibus tuis, in factis manuum tuarum meditatus ſum, levavi ad te manus meas.

6 Anima mea ſicut terra ſitiens eſt ad te.

7 Velociter audi me, Domine, quia defecit in me anima mea, nè avertas faciem tuam à me, *ne* ſimilis ſim iis qui deſcendunt in foveam.

8 Audire fac me in matutino miſericordias tuas, quoniam ego in te, Domine, ſperavi.

9 Oſtende mihi viam in qua incedam, quoniam ad te, Domine, levavi animam meam.

10 Libera

10 Libera me ab inimicis meis, Domine, quoniam te refugium mihi feci,

11 Doce me facere voluntatem tuam, quia tu es Deus meus.

12 Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam.

13 Propter nomen tuum, Domine, vivificabis me, æquitate tua educes ab ângustiâ animam meam.

14 Miſericordiâ tuâ diſperdes inimicos meos, & perdes omnes hoſtes animæ meæ, quoniam ego ſervus tuus ſum.

Pſal. CXLIIII.

BEnedictus Dominus Deus qui inſtruxit manus meas ad prælium, & digitos meos ad pugnam.

2 Miſericordia mea, & refugium meum, ſuſceptor meus, & liberator meus, & ego ſpero in eo qui obtemperantem fecit populum ſub me.

3 Domine, quis eſt homo quòd innotuiſti tu ei, vel filius hominis quòd quicquam reputes eum?

4 Homo futili ſimilis fuit, & dies ejus ſicut umbra prætereunt.

5 Domine inclina cælos, & deſcende, tange montes & fumabunt. 6 Ful-

6 Fulgura fulgores tuos & exagita illos, mitte sagittas tuas & dissipa illos.

7 Mitte manuum tuam ex alto, & libera me ab aquis multis, & à manibus filiorum alienorum.

8 Quorum ora sua loquuta sunt vanitatem, & dextera eorum, dextera est peccati.

9 Deus, in laudatione nova laudabo te, & decachordo psalterio psalmos dicam tibi.

10 Qui contulerit salutem regibus nostris, & liberaverit Davidem servum suum è gladio malo.

11 Libera me & serva me è manibus filiorum alienorum quorum ora sua loquuta sunt vanitatem, & dextera eorum, dextera est peccati.

12 Quorum filii sui ut nova planta constabiliti sunt in juvenaute sua, & filiæ eorum ornatæ & adornatæ ad similitudinem templi.

13 Horrea eorum plena sunt, & protendunt in invicem, oves eorum fœtiferæ & crescunt in gressibus, multiplicant in egressibus suis, & boves eorum pingues sunt.

14 Non est ruina sepis eorum, nequr clamor in plateis eorum. 15 Igitur

15 Igitur benedicam populo apud quem ſic ſeſe res habet, beatus populus cujus Dominus Deus eſt eorum.

Pſal. CXLV.

EXalto te, Deus meus & rex meus, & laudo nomen tuum in ſeculum, & in ſecula ſeculorum.

2 Tota die laudabo te, & laudibus celebrabo nomen tuum in ſecula, & in ſecula ſeculorum.

3 Magnus eſt Dominus & laudabilis valdè, & magnitudinis ejus non eſt menſura.

4 Generatio & generatio laudabùnt opera tua & virtutem tuam declarabunt.

5 Magnificentiam gloriæ ſanctitatis tuæ loquentur, & mirabilia tua narrabunt

6 Fortitudinem terroris tui loquentur, & magnitudinem tuam narrabunt.

7 Memoriam abundantiæ ſuavitatis tuæ eructabunt, & juſtitiâ tuâ exultabunt.

8 Miſerator miſericors eſt Dominus, longanimis, & multùm miſericors.

9 Suavis eſt Dominus erga omnes, & miſeratio ejus ſuper omnia opera ſua.

10 Confitebuntur *tibi omnia opera tua, & facta tua laudabunt te.

11 Gloriam regni tui dicent, & magnitudines tuas narrabunt.

* Arm. *ad te,*

12 Ut cognoſcant filii hominum virtutes tuas,& gloriam magnificentiæregni tui

13 Regnum tuum regnum omnium ſeculorum, & dominatio tua à generatione uſque in generationem.

14 Fidelis eſt Dominus in omnibus verbis ſuis, & juſtus eſt in omnibus operibus ſuis.

15 Confirmat Dominus omnes ſcandalizatos & erigit omnes collapſos corruentes, oculi omnium in te ſperant, & tu das eſcam iis in tempore.

16 Das tu iis & paſcuntur, aperis manum tuam & imples omnes jucundè voluntate tua.

17 Juſtus eſt Dominus in omnibus viis ſuis, & ſanctus eſt in omnibus operibus ejus.

18 Appropinquat Dominus ad omnes qui vocant ad eum, ad omnes qui vocant ad eum veritate.

19 Voluntatem religioſorum ſuorum perficit Dominus, preces eorum audit, & ſervat eos.

20 Cuſtodit Dominus omnes qui diligunt eum, & omnes peccatores perdit Dominus.

21 Laudationes Domini loquetur os meum, laudabit omne vivens nomen ſanctum ejus in ſeculum, & in ſecula ſeculorum.

Pſalm.

Pſalm. CXLVI.

LAuda, anima mea, Dominum, laudabo Dominum in vita mea, pſalmos dicam Deo meo quoadu ſque ſum ego.

2 Ne ſperate in principibus, neque in filiis hominum, quoniam non eſt ſalus in iis.

3 Egredietur ſpiritus ab iis, & revertentur in terram, & in ipſa die peribunt omnia conſilia ipſorum.

4 Beata eſt generatio cujus Dominus Deus Jacobi adjutor eſt ejus, & ſpes ejus in Domino Deo eſt.

5 Qui fecit Cælos & terram, mare & quodcunque eſt in iis.

6 Qui cuſtodit veritatem in æternum, & facit judicia fraudem paſſis.

7 Dat panem eſſurientibus, & ſolvit vinctos Dominus.

8 Dominus aperit oculos cæcorum, & erigit collapſos Dominus.

9 Dominus diligit juſtos, Dominus cuſtodit peregrinantes, pupillos & viduas ſuſcipit Dominus, & vias nefariorum perdit.

10 Regnabit Dominus in ſeculum; Deus tuus, Sion, à generatione uſque in generationem.

Pſal. CXLVII.

LAudate Dominum quoniam boni ſunt pſalmi, Deo noſtro jucunda ſit laudatio.

2 Ædificat Hieruſalem Dominus, & diſperſos Iſraelis congregat.

3 Sanat fractos corde, & ligat omnes plagas eorum.

4 Qui numerat multitudinem ſtellarum, & omnes eas per nomen vocat.

5 Magnus eſt Dominus noſter, & magna eſt virtus ejus, intelligentiæ ejus non eſt terminus.

6 Suſcipit mites Dominus, & deprimit ſuperbos uſque ad terram.

7 Laudate Dominum confeſſione, & pſalmos dicite ei laudatione.

8 Qui induit Cælos nubibus & paravit pluviam ſuam pro terra.

9 Produxit fœnum ſuper montes, herbam ſervituti hominum.

10 Qui dat jumentis eſcam, pullis corvorum qui vocant ad eum.

11 Non cum fortitudine equi voluntatem habuit Dominus, neque cum membris gigantis oblectatus eſt.

12 Sed oblectatus eſt Dominus cum religioſis ſuis, & cum iis qui ſperant in miſericordia ejus. 13 Laud

13 Landa Hieru'alem Dominum, & benedic Deum tuum, Sion.

14 Quoniam roboravit vectes portarum tuarum, & benedixit filiis tuis in te.

15 Qui poſuit fines tuos in tranquillitate, adipe frumenti ſaturavit te.

16 Mittit verbum ſuum in terram, veloc iter cu rrunt præcepta ejus.

17 Ponit nivem ſicut lanam, & caliginem ut cinerem ſpargit.

18 Projicit glaciem velut bolos, coram frigore ejus quis poteſt ſubſiſtere?

19 Mittit verbum ſuum & liquefacit ea, ſpirabunt venti, & fluent aquæ.

20 Annuntiat verbum ſuum Jacobo, juſtitiam & judicia Iſraeli.

21 Non ſic fecit omnibus nationibus Dominus, & judicia ſua non manifeſtavit iis.

Pſal. CXLVIII.

LAuda'e Dominum de Cælis, laudate eum in excelſis.

2 Laudate eum angeli ejus, laudate eum omnes virtutes ejus.

3 Laudate eum ſol & luna, laudate eum omnes ſtellæ & lumen.

4 Laudate eum Cæli Cælorum, aquæ ſuperiores Cælis laudate nomen Domini.

5 Quia ipſe dixit & fuerunt, juſſit & ſtabilita ſunt.

6 Conſtituit ea in ſecula ſeculorum, terminum poſuit quem non tranſeunt.

7 Laudate Dominum de terra, dracones, & omnia profunda.

8 Ignis, grando, nix & glacies, ventus & turbo quæ facitis verbum ejus.

9 Montes & omnia excelſa, arbores frugiferæ, & omnes Cedri.

10 Feræ & omnia jumenta, reptilia, & omnes volucres pennatæ.

11 Reges terræ & exercitus veſtri, principes & omnes judices terræ.

12 Juvenes & virgines, ſenes & pueri laudate nomen Domini.

13 Exaltatum eſt nomen ejus ſolius, confeſſio ei in cælis & in terra.

14 Exaltat Dominus cornu populi ſui, laus omnibus ſanctis ſuis, filiis Iſraelis, congregationi quæ appropinquat ad Dominum.

Pſal. CLXIX.

LAudate Dominum laudatione nova, laudatio ei in eccleſiis ſanctorum.

2 Lætabitur Iſrael in factore ſuo, filii Sion exultabunt in rege ſuo.

3 Laudabunt nomen ejus laudatione, pſalmis & laudatione, pſalmos inſtrumentis canent ei.

4 Oblectatur

4 Oblectatur Dominus cum populo ſuo ſancto, & exaltat mites in ſalutem.

5 Gloriabuntur ſancti gloriâ, & exultabunt in ſolatiis ſuis, & exaltabunt Deum oribus ſuis.

6 Gladium duarum acierum poſuit in manus eorum ad faciendum retributionem in gentibus, in vindictam omnium populorum.

7 Ad vinciendum reges eorum vinculis, & nobiles eorum manicis ferreis.

8 Ad faciendum iis judicium in ſcriptis, gloria hæc eſt omnibus ſanctis ejus.

Pſal. CL.

LAudate Deum in ſanctitate ejus, laudate eum in ſtabilitate virtutis ejus.

2 Laudate eum in virtute ejus, laudate eum in abundantia magnitudinis ejus.

3 Laudate eum in voce laudationis, laudate eum pſalmis & laudationibus.

4 Laudate eum exultatione, laudate eum lætitia.

5 Laudate eum in verbis dulciſonis, laudate eum in colloquiis audibilibus.

6 Laudate eum in voce gratulationis, omnes ſpiritus laudate Dominum.

Pſalm.

Psalm. CLI.

Psalmus extra numerum autographus Davidis.

PArvus eram ego inter fratres meos & puer in domo patris mei, pascebam oves patris mei.

2 Manus meæ fecerunt psalterium, & digiti mei composuerunt *instrumentum laudationis.

* Arm. *opus-*

3 Veruntamen quis annuntiabit hoc Domino meo? ipse Dominus omnium audiet omnia.

4 Et misit Dominus angelum suum, & accepit me de grege ovium patris mei, & unxit me unguento olei sui.

5 Fratres mei permagni, & pulcriores me, & non oblectatus est *iis Dominus.

* Arm. *cum iis.*

6 Egressus sum in occursum alienigenæ, & maledixi simulacris ejus.

7 Eduxi gladium ab eo, & amputavi caput ejus, & abstuli opprobria è filiis Israelis.

BRITISH MUSEUM

FINIS.

non sunt ut quondam plena favoris erant finis